BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
162
A
18
NAPOLI

Digitized by Google

108
C
3 -

Digitized by Google

108
C.
1

Digitized by Google

SYNODUS
APRUTINA

Sanctiſſimo, ac Beatiſſimo Patri,

ET DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIII.

P. O. M.

HUMILLIME' DICATA.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Dñi

PETRI AUGUSTINI
SCORTIÆ

DE COMITIBUS LAVANIÆ,

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

EPISCOPI APRUTINI,

Eidem Sanctæ Sedi immediatè ſubjecti,

Principis Terami, Comitis Status Biſemnii, & Status Roccæ S. Mariæ, Baro Collis Veteris, Rapini, Plani Magni &c.

CONSTITUTIONES SYNODALES,

Die IV. V. VI. Novembris 1727. ſer. ſer., & ſollemniter publicatæ.



ROMÆ, Typis Antonii de Rubeis, in via è Foro Rotundæ, ad Seminarium Romanum, MDCCXXVIII.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

Beatiſſimo, & Sanctiſſimo Patri

DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIII.

P. O. M.

PETRUS AUGUSTINUS SCORZA
Epiſcopus Aprutinus S., perpetuamque fœlic.

TOtius Vineæ Dei Sabaoth Turris excelſiſſima, vigilantiſſimus Cuſtos, & Dominus in Terris es, B. P., ut Chriſtus de ea, quam ejus ſanguine irrigavit, uvæ potum in Regno ſuo biberet meraciſſimum: Quid mirum, ſi pauculas Eccleſiæ Aprutinæ vi-

Digitized by Google

vites, miſeroſque ſui Epiſcopi labores dicatos, & reſtitutas Tibi, pedibus tuis provolutus oſtendam, & tradam? Reſtitutas vites, ſpecialitèr inquam, ex eo quia de Domo quippè URSINA *potiſſima plantatio fuit, ſi, vel* BEATUM BERARDUM URSINUM, *aut* LATINUM *cla. mem. Cardinalem paritèr* URSINUM *commemorem: Prior ex Comitum Pallæ aureæ paterna magnificentia ad filiorum Divi Benedicti humilitatem tranſiliens, Sanctitate prælucens, à Clero Aprutino, quemadmodum tunc temporis mos erat, electus, licèt revera reluctans, Præſul tamen Eccleſiæ hujuſmodi, authoritate Paſchalis II. denique fuit confirmatus. Qui quantâ morum innocentiâ, probitate, Sanctorum ſcientiâ præditus fuerit, Eccleſiamque ſibi divinitùs commiſſam charitate non fictâ gubernaverit, non ſatis eſt, & Benedictinorum menologium recenſere, beatamque vitam, & mortem miraculis claram, per Archidiaconum Aprutinum Silveſtrum Julianum priùs, & deinde per Stephanum Canonicum Coletti typis datam, jam* TIBI *à me humillimè traditam, oſtendere, niſi præſentem inſupèr in ærumnis,*

huma-

Digitized by Google

humaniſque Aprutinorum indigentiis, devotionem, invocationem uſque à ſexcentis annis, & ultra, cum exauditione, & gratiarum actione, ceù teſtis fidelis, in medium proferam. Secundus verò per illa montoſa tranſiens, paupertatemque Canonicorum deflens, Feudum S. Actonis, nunc vulgò Santatto, *veneratione, ac ſancta amulatione Beati conſanguinei ſui excitatus, ex Abbatialibus juribus ſuis excerpens, Eccleſia recenſita donò dedit, inopiamque ſublevavit: Quemadmodum* Berardus *egerat*, Lucum, *ſeu* Lucumen, *ad hac uſque tempora Feudum* S. Berardi *nuncupatum, Epiſcopis ſucceſſoribus, non ſublevatis tamen, tamquam non percipientibus fructus ab aliis occupatos, cedens, benigneque largiens. Hiſce rationibus potiſſimis pro Eccleſia prædicta adductis, ſuperaddam alias, equidem non minus pro benigna mei acceptatione ſtringentes; nempè quod plura, cum eſſem in minoribus, ceu Suffraganeus Eccleſia Beneventana hauſtus ſim, & quod hodiè in apice Pontificatus tui, primogenitum tuum, tùm præconizatione, tum examine, tum denique approbatione*

huic Aprutinæ Eccleſiæ genuiſti me. Eja accipe, ſed, quæſo, omnium operum tuorum, quæ in ſapientia feciſti, in tot coactis Synodis, celeberrimis Conciliis Provincialibus, Apoſtolicis viſitationibus, laboribuſque indefeſsè exanthlatis, quibus Civitates novas, & Diœceſes de Cœlo deſcendentes reddidiſti, ac creaſti, obliviſcere pro nunc, cum imperfectum meum videbis: & benignè in purgata phantaſia tua ideam alicujus quaſſatæ navis ſuſcitari ſinas, cujus tabulas infalix Palinurus recolligit, rimas occludit, lina reficit, ſparſaſque merces pergrandes, relictis minutis, infrunitò pelagò abſorptis, reperit: & tali pactò me in hac Diœceſi, ubi proſcriptorum violentiis, Chriſtiana pietas eliminata fuit, & ubi deinde Parochorum reſidentia, parvulorum Cathecheſis, Congregationes caſuum conſcientiæ, ſtudiorum frequentatio, Immunitatis, & Eccleſiaſticæ libertatis defenſio, morum correctio, Eccleſiaſticæ diſciplinæ perſtrictio, rerumque divinarum à profanis diſcriminatio, & recuperatio, in deſuetudinem abierunt, patientèr ſufferes, ſi recens pilota cum adve-

vene-

venerim, impiger, & ſtrenuus in tali refecta navi non evaſerim. Parum abfuit tempeſtatibus paratis mihi à quibuſdam malis Eccleſiaſticis, auſcultantibus Gentibus, & Populis corruptis, agrotum cor meum, & fractas ex diuturna infirmitate vires, naufragium non feciſſe; unde (parce ſimilitudini) Cæſarem undas tranantem commentaria ſua, manu elevatâ, ſalvantem, vocari vellem: Et hoc? quia ubi Reſpublica eſt corrupta, ibi difficillimum eſt remedium, ubi ignorantia, ibi ſurdæ ſunt aures, & quia Diœceſana Synodus res nova erat, adeoque exoſa, unam tantum, & à quinquaginta ab hinc annis coactam, hancque obſoletam vix reperii, quamvis ſtudiò novitatis vitandæ hujuſmodi Conſtitutiones redivivas voluerim, ne amotis quidèm titulis: tantummodò fœtidum zizanium in immenſum excretum, parvò minùs offendentè, opportuniori tempori diſciplinato, relicto, de medio tritici recidendum, comburendumque placidè conquiſivi, ratus Sanctum eſſe Divi Bernardi dicterium: Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.... Non facilè adducor li-

Math. cap. 18.

De conſider. lib. 4.

b citum

citum conſentire, quod tot illicita parturit.

Finis imponendus eſſet tandem, cum oblatio mea quærela ſapiat, ſi de Te *aliquid dixiſſem; ſed eheu me rudem, & quamvis in corde, deſiderio, amore, obſequiove flagrantem, facundiâ tamen neceſſariâ non pollentem. Loquuntur Hiſtoriæ de Domo* Ursina *Regibus, Principibuſque ſcatente; Heroum Mater in pace, & bello Magiſtra extitit, Sceptris, Oſtrô, Camauris ornata: quæ omnia, cum* Tu *excelſa magnanimitate, rectâ prudentiâ, ineffabili virtute, vera Sanctitate abundas, non* Te *ornant, ſed à* Te *ornantur, & decorantur.* Tu *primogenitis tuis abdicatis, & contemptis*
Pſalm. 100. *dixiſti Mundo*: Superbo oculo, & inſatiabili corde cum hoc non edebam, oculi mei ad fideles Terræ; *atque caſtitatem, paupertatem, obedientiam, veracitèr, demiſsèquè voviſti, & ſervaſti, unde invocatus ſuperabundavit in* Te *Spiri-*
Sapien. 7. *tus Sapientiæ, cum quo* Tibi *paritèr omnia bona venerunt, quæ ſine invidia communicas; Etenim ecce pauperem per* Te *ſublevatum, ecce humilem exaltatum,*

ecce

ecce Doctum muneribus affectum, ecce aſpera in vias planas, prava in directo, ecce Populum ſanctificatum, ita, ut omnes una mecum clamare poſſint, Hic eſt BENEDICTUS, *qui venit in Nomine Domini.*

Mihi tamen videor videre TE *ab hiſce ſcriptis honeſtos oculos avertentem, ex Sanctorum humilitate edoctum, quod* quantum unuſquiſque (*ajebat S. Franciſcus*) eſt in oculis Dei, tantum eſt, & non amplius: *Egiſti ſic aliàs, tranſitorii ſæculi hujus contemtor egregius, dumtaxat de bonitate tua, de magnitudine tua in conſpectu Domini lætabundus. Verum gaude quaſò de veraci laude hominem minimè inquinante, quæ, quùm in actionibus tuis immenſa ſit, non decreſceret, ſi imperfectum meum ſcriberes in libro tuo; & hoc haud quià fingerem laborem in præcepto, Epiſcopus quùm ſim, & inutilis ſervus, ſed quià optarem* TE *ſcire, me omni meliori modo ſubjiſſe mandata, inter quæ ſimiliter illud eſt, ſcilicet, deprecari Deum O. M., quemadmodum devotè ago, ut* TE *pro bono totius Orbis diù incolumem ſervet, ac regat in pace, Amen.*

Apud Thom. de Kem. de imit. lib. 3. cap. 50.

Pſal. 138.

Pſ. 93.

Proteſtatio Authoris.

BENIGNE LECTOR, qui foris abs Aprutinâ Diœceſi extas, & pabulum docti, eruditique animi tui cauſa reperiundi, vel potius doctrinâ ſuâ Auctorem experiundi, purgatos oculos tuos huic codici ſtudioſè admoves, ſcito pro te opus hoc editum non fuiſſe. Curæ mihi fuit, quibuſdam juris Cancellis ſubditos Aprutinos honeſtè occludere, atque etiam vias Domino parare, *Luc. 11.* ut ità cuſtoditis atriis, id quod habetur intus, in pace cuſtodiatur; vel ut ità miſericors Magiſter, qui ſemper intùs adeſt, remotis offendiculis, delectetur ſe intus eſſe, aures paternè tinniens, & corda palpans amanter: *Joel. 2.* *Convertimini ad me in toto corde veſtro*. Si (exempli gratia) ad primum titulum noſtræ Synodi, *de Sum. Trin., & Fid. Cat.*, vel ad alium *de Sacram.*, tractatus Theologicos, de Fide, Spe, & Charitate, de actibus humanis, ac alia polemica dogmata, ſeminibus exquiſitæ Philologiæ, eruditioniſque humanæ ſapientię, appingerem, nonnè pondus magni operis ſputo copularem, locus non ſuus corpora caperet non ſua, & Epiſcopus legislator, quum eſſe debuerim, Glorioſus, ſine gloria retributionis hilareſcerem Mundo? Igitur, *Aprutine mi*, ad D. Thomam,

Digitized by Google

mam, ad D. Antoninum mitto te; ſi vero exterus ſis Lector, ad eoſdem quoque remitto, niſi mavis alios, qui vel doctrinam unâ cum animâ ſanctificarunt, vel in literaria palæſtra inſignes ſe Univerſo Orbi reddiderunt, tùm ſi ſapientiæ ſtudes, quum ſi aquæ vivæ ad vitam æternam ſalientis ſalutarem potum exoptas. Et ſcias me tantummodo unum ſcire, ſcilicet, nihil ſcire, & quod meis tradidi *Aprutinis*, à Domino juxta intellectus mei, meorumque menſuram miſericorditer acceperim. Laborioſa, non operoſa ſcripſi, ſed nihilominus, quia ſcribere, quocumque modo ſcribatur, ſemper negotium difficile eſt, benevolentiam tuam imploro, & in obſequium Fidei, S. M. Ec. Catt. Rom., ejuſque viſibilis Capitis Sanctissimi, Me, omniaque ſcripta hæc corrigenda, imò delenda, humillimè ſubjicio.

Im-

Digitized by Google

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rm̃o P. Mag. Sacri Palatii Apoſtolici.

N. Baccarius Ep. Bojan. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Jo. Benedictus Zuanelli Ord. Præd. Sacri Palatii Apoſt. Magiſter.

Ma-

Digitized by Google

Magis conſiderabilia.

ERRATA.	CORRIGE.
PAg. 24. §. 1. fratres	phraſes
Pag. 32. § 1. ſola	
Pag. 42. §. 8. Eccleſia	Eccleſiaſtici
Pag. 59 §. 9. duo Pixides	duæ Pyxides
Pag. 65. §. 6. ad conficiendam	ad conficiendum
Pag. 78. §. 2. aptanda	aptando
Pag. 81. § 6. uſi fecerint	uſi fuerint
Pag. 83. §. 3. non patientibus	non patiente
Pag.102. §.14. voluptate	volubilitate
Pag.104. §. 4. utantur	utatur.

CON-

Digitized by Google

Digitized by Google

CONCIO PRÆLIMINARIS
AD
SYNODI
SESSIONES
Ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo
DOMINO

HABITA.

OMnia, quæ *ad extra* condita ſunt Perſonis quibuslibet, & uni Patris, & Filii, & Spiritus Sancti omnipotenti voluntati referuntur; quapropter pro hominis reparatione Divinarum Conventum Perſonarum agnoſcentes, Scriptores, ac Theologi, Concilium Sanctiſſimæ Trinitatis appellarunt. Hinc, & Synodus Angelorum pro patiente Job prodiit in Terra Hus. Hinc Synodus in Terra Sichem ſub Eleazaro Pontifice pro auferendis Diis alienis, de prohibenda ſocietate cum Gentibus, & ſuper aliis legibus ore traditis, quas Prophetæ callue-

Jacob. Naclant. Epiſc. Clugienſ. ſuper cap. 1. ad Ephes.

Genebrardus lib. 1. Chronol. ad hn. Mundi 2709. Bail Sum. Conc. vet. Teſt.

luerunt; hinc Hieroſolymitana, Sadoch, & Abiatar præſidentibus pro in varias claſſes diſtribuendis Leviticis, aliiſque legibus condendis, hincque tot Concilia, & Synodi, quas longum erit recenſere. Dumtaxat Synodum Apoſtolorum ſub Jeſu Chriſto Nazareno Domino noſtro in Cæſarea Philippi, quando Divum Petrum in Vicarium ſuum, & totius Eccleſiæ Pontificem conſtituit ſuperaddam, ad clarè vobis deducendum Concilia, & Synodos adveniſſe nobis judicio Summi Dei, ut quemadmodum ipſe fecit, ita, & nos faciamus.

Spondan. in annal. ſac. an. Mundi 3010.

Jo. Damaſ. in Orat. de Transfigurat. in Tex. greco perlucidè.

In recenſitis (ne verbum faciam de Synodis Generalibus, ſive particularibus poſt Chriſtum mortuum) ſemper ferè neceſſitas, ac urgens interceſſit cauſa. Quænam ratio potentior coactionem hujuſmodi Synodi noſtræ cohoneſtare valet, niſi ſcire per quaſi annos quinquaginta aliam Prædeceſſoris noſtri Armenii obſoletam, & in oblivionem iviſſe; ex quo ſive Eccleſiæ, ſive perſonæ Eccleſiaſticæ, maximè exulum inſolentiâ, Epiſcopos ad lenia, ad taciturnitatemque impellente, formam, & decorem, Diſciplinam, & Doctrinam, cum dedecore, imo dicam, proh dolor, infamiâ characteris in ruinam, factis latronum ſpeluncis, & malis moribus gloriantèr imbutis, demandarunt. Seriatè dicerem veſtræ, & noſtræ Eccleſiæ Aprutinæ de juribus, redditibus, & bonis deplorabile ſpolium, niſi ſciretis abundè. Confraternitates jam deletas, diruta loca pia, deſolata Oratoria, hominum irreligioſitate, & injuſtitia enarrarem, niſi recens memoria eſſet. Menti veſtræ, Fratres ad quos loquor, jam occurrit corruptam fuiſſe omnem viam veritatis, & juſtitiæ, ſcientiæ & timoris Dei. Oh utinam per noſtram Synodum ſapere poſſent ad ſobrietatem, & quæ decent ad ſanam Doctrinam proſequi:

ſequi: tuum eſt Domine conſilium, tua eſt Lex, ſi ad Eccleſiarum tuarum reſtitutionem, & nitorem, ſi ad animarum tuarum converſionem, & bonitatem, ſi ad decorem tuum latam voluiſti, atque me debilem, ut fortia confundantur erexiſti. Nonne quaſi morti tradidiſti me, & à centum, & mille eripuiſti caſibus, & cuſtodem huic Vineæ tuæ conduxiſti? Nonne oculorum peſſima ſuffuſione non obſtante, hæc ſcribere ſinis? Cur hoc agis, niſi proptèr hoc, ut viſitem Templum tuum, ut legem, & pactum tuum cum populo tuo feriam? En vota mea reddam in conſpectu tuo Domine, ut ſim fidelis Samuel ante te, viam juſtificationum tuarum inſtrue me, repelle a me nequitiam cordis mei, cum tot infirmitatibus meis dilataſti cor meum, ut ſic in mirabilibus tuis exercear. *1. ad Corinth. 1.*

Quænam ſunt mirabilia, Fratres, & Filii dilectiſſimi? juvat cum Pſalmiſta proſequi, *declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis*. Hæc igitur videntur mirabilia, cum inquam obfuſcæ mentes inter corruptelas, abuſus, & peccata Sermonibus Dei, & Sermonum declarationibus illuminantur. Sermo Dei eſt lex: Evangelium eſt Sermo Dei, & eſt lex Dei. Sermo Dei eſt in Levitici, Numeri, Deuteronomii libris; & generaliter loquendo, cum lex ſit *Sanctio Sancta jubens honeſta, & prohibens contraria*, quando ſancta obſervanda præcipiuntur, tunc lex Dei eſt: id quod mirabilitèr comprobatur pro noſtra Synodo, ſi ad morem Eccleſiæ, etiam de tempore Apoſtolorum cum ſenioribus in prima Hieroſolymitana Synodo congregatorum à longè reſpexerimus, dum ad Juris Eccleſiaſtici Canones reſcribere ſolebant: *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis*. Lex igitur eſt lux, quę illuminat omnem hominem, per quem mirabilia gi- *Pſal. 118.* *Act. 15.*

A 2 gnun-

Digitized by Google

gnuntur, ex eo quia voluntas hominis arbitratu ſuo libera, & undequaque excurrens ab Omnipotente Deo creata, & firmata, mutuato deinde a lege intellectuali lumine, lætanter dicit, da mihi intellectum, & vivam, non ampliùs abſque frænis, non ampliùs obſcura, & cæca, non ampliùs turpis, & immanis, uno verbo dicam tandem, non ampliùs ſine Deo.

Ab Altari per legem arcentur indigni, qui per legem facti digni, & amici noſtri non dedignabuntur ſcientiam colere, & ſanam Doctrinam. Clerici bonis moribus imbuti, Diaconi verè Sancti Levitici redacti, Sacerdotes veracitèr ſeniores populi reputati, nonne cantabunt Canticum novum, quia mirabilia fecit Dominus? Parochi, Confeſſores, Canonici Fratres noſtri, Eccleſiaſtici omnes ſcientiam colentes, virtutes acquirentes, parvulis panem diſtribuentes, nitorem Eccleſiæ expolientes, Scandalum fugientes, nonne hac noſtra Synodo me mirabilium Domini exercitorem recogitabunt? Ita ſanè,
Pſalm. 110. quia *in Concilio Sanctorum, & Congregatione magna opera Domini*. Populus, & Gens noſtra hanc harmoniam aſpiciens nonne blaſphemias, nonne irreligioſitatem, nonne immunditiam, nonne ſcelera vitabunt, moreſque component, & ſi parvulus in Doctrina, & ſcientia Sanctorum, nonne Dominus intellectum præſtabit illi, & ex lege fiet Sanctus, Sacerdotis exemplar? Ita quidem, quia *in Concilio Sanctorum, & Congregatione magna opera Domini*.

Pſalm. 18. At *lex Domini immaculata convertens animas, ſapientiam præſtat parvulis*: Lex Domini immaculata tamen (audiſtis, intellexiſtis Auditores Cariſſimi) convertet animas. Scilicet ſi immaculatam cuſtodieritis, & feceritis, quæ per ſuos Miniſtros præcepit

cepit

cepit vobis, converteritis: Lex enim temerari nequit, cum in ſe, & de ſe lex Domini ſemper eſt immaculata, juſtificata in ſemetipſa illuminans oculos, ſed qui cæcutire, & inſordeſcere vult, dicit in corde ſuo non eſt Deus, non eſt lex, ſuper humeris noſtris inſupportabile poſuit. Quid inſupportabile autumatis? An neſcitis, quod jugum Domini ſuave eſt, & onus leve? Leviter portabitis, ſi libenter portabitis. Reminiſcimini contradictionem Chore, rebellionem Dathan, & Abiron reminiſcimini; Ignis devaſtat, terra devorat, Moyſi, & Aaroni contradicentes. Reminiſcimini Ananiæ, & Saphiræ agrum vendentium, & qui Eccleſiaſtica bona ſubripuiſtis ſubitaneum interitum, & improviſum expaveſcite. Mulieres Madianitas conſilio Balaam, inſtigatione Dæmonis in Domibus veſtris adventatas, & amplexas, eicite, quia ſtatim veniet aliquis Finees ad legem Dei, etſi non uſque ad occiſionem, remedio tamen acri, & violento zelandam. *Num. cap. 16.* *Act. 5.* *Num. cap. 25.*

At quo Sermonem converti, quibus alloquebar? Vos eſtis *Principes Populorum cum Deo Abraham in Concilio Sanctorum Congregati*, etſi fidem Chriſoſtymo, & Didymo adſtruimus, nomine Principum veniunt Epiſcopi, Parochi, Eccleſiarum Dynaſtæ, ſeu Rectores. Vos eſtis Myſteriorum Dei comparticipes amici, imo ajebat Dominus: *Dixi vobis Dii eſtis Filii excelſi omnes*, non autem de Synagoga Malorum ſuper Cathedram peſtilentię ſedentium, dignitati, onerique invidentes, ac recalcitrantes: Vobis data eſt lex in Tabulis cordium carneis, haud verò lapideis, nequaquam de adventu Legislatoris impatientibus, etſi impatientes fuiſtis, dicebatis tamen *legem pone mihi Domine*, *viam juſtificationum tuarum inſtrue me*; quæ verba ſunt Prophetæ adhuc cum erat in via magis, magiſ- *Apud Tho. Blanc. pſal. 46.* *Pſalm. 81.* *Exod. cap. 24. 32.* *D. Auguſt. pſal. 118 conc. 11.*

que

Digitized by Google

Primo Tit. 1. que juſtificari deſiderantis, non verò injuſti, & non Subditi, pro quibus videtur lex ferenda: ideoque in ore veſtro imponenda erant verba alia; ſcilicet *os meum aperui, & attraxi Spiritum, quia mandata tua deſiderabam*, non quæ ſuperius quaſi inconſideratè prolata. *Pſalm. 118.*

Corinth. 10. Verum enim verò *ſuſtinetis modicum quid inſipientiæ meæ, & ſupportate me*, quia non me pœnitet de animarum Salute anxios feciſſe Sermones, *res eſt ſollicitè plena timoris amor*, & adhuc proſequor, quod ſi Carni, & Sanguini lex noſtra aliquibus in locis appareat dura, ſcitote, quia Dominus ait, *venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, quaſi dixit, ut non laboretis, & dilatentur ſpatia Charitatis, licet vaſa lutea, quæ portatis ſibi faciant anguſtias; tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me*; quid Domine diſcemus? Forſan colaphis cedi, tormentis, & flagellis affici, crucifigi, mori? Prò tunc non dixit hæc, & levia, & humana ſubjunxit, *quoniam mitis ſum, & humilis corde*: *Quoniam*, Auguſtinus ait, *ſuperbis reſiſtit, ut humilientur, humilibus autem dat gratiam, ut diligant obedientiam, meditatione quippe legis voluntaria ſervatur mihi humilitas, de qua dixit, bonum mihi, quoniam humiliaſti me, ut diſcam juſtificationes tuas*, hactenus Auguſtinus.

S. Auguſt. ſerm. 10. de verb. Dom.

D. Auguſt pſal. 118. conc. 17.

Etenim ſuperbire eſt diſſipare legem, legem diſſipare eſt non obedire Deo, non obedire Deo eſt evertere muros Civitatis, & Regnorum, & diſperdere de terra memoriam eorum. Lacædemones, Athenienſes, Romani, quia diſſipaverunt leges, bonoſque mores corruperunt, ideo muros everterunt, memoriâ diſperierunt. Ubi ſunt Iſraelitæ legum prevaricatores? Sed quatuor homunculi, abjectio gentis,

tis, & Plebis reſpondent: Fuimus Iſraelitę. At foris petimus quod habemus intus: Ubi Interamnia, ubi Aprutia? Seditio Civium, potentium inſurrectio, proſcriptorum execratio, hominum injuſtitia diſſipaverunt muros ejus, deſolaverunt Cives, & *Teramum* nunc vix *Interamniæ* miſerabilis umbra eſt. Summa malorum fuit ſuperbia, legum inobſervantia, ambitio, deſertio Dei: Aprutini auſcultate, verbum eò magis intelligibile, quia auribus familiare: Clerici, Sacerdotes, Eccleſiaſtici omnes, ſententiam quam ſæpè, & ſæpius in horis Canonicis buccinatis auſcultate: *Lex Dei in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus ejus*: Si legem obſervaveritis, dilexeritis, nemo vos ſupplantabit. *Vivat ergo ſecurus*, ait hic magnus Auguſtinus, *& inter malos vivat ſecurus, & inter impios vivat ſecurus*. S. Auguſt. ibi.

Sat dixi imperitis Sermonibus tumultuariè compactis, laboravimus hac mane, & forſan nihil cæpimus; *Tu Berarde Pater*, Tu de familia heroum, Tu inquam de familia URSINORUM, & tamen humilis ac demiſſus, *Tu præſidium, & dulce decus meum*, Tu Protector noſter aſpice in faciem populi tui, ut ego, & omnes te meditantes, & venerantes, victoriis de inimicis noſtris per te potiamur, captum noſtrum humiliantes, ſanamque doctrinam amplectentes. Tu Reginam tuam, quam ex humilitate ſua generationes omnes beatam prædicant, Tu deprecare *ſuccurre miſeris, juva puſillanimes, refove flebiles, interveni pro Clero*: Illa enim orante omnes Sancti orant, illa tacente omnes Sancti tacent. Eja quæſo Patrona noſtra, Deipara Virgo, fac nobis, ut ultroneè inter Nuptias in Cana Galileæ peregiſti; Velit, nolit Filius tuus benedictus ad tui nutum miracula properavit, aquam in vinum tranſmutavit, nondum hora ejus ſe manifeſtandi Deum perventa. Sebaſt. Barrad. tom. 2. lib. 2. cap. 1.

Pro-

Propera quietem noſtram , propera fælicitatem noſtram , vinum lætitiæ lætificet cor noſtrum , mandatorum meditatione , mirabilium Dei patratione , miſſis in diſſipationem tribulationibus , & anguſtiis peſſimarum viarum , quæ invenerunt nos , quia pax multa diligentibus legem Domini, & non eſt ſcandalum . *Qui enim diligit Dei legem* , Auguſtinus finem imponit , *etiam quod in ea non intelligit honorat* , *&* *quod ei ſonare videtur abſurdè* , *ſe potius non intelligere* , *&* *aliquid magnum latere ibi judicat* , *ideo lex Dei non eſt ei ſcandalum* . *Amen* .

Pſalm. 118. Auguſt. ibi Conc. 21.

De

Digitized by Google

De Summa Trinitate, & *Fide Catholica*.

TIT. PRIMUS.

§. 1. IN *Nomine Sanctiſſimæ*, *ac individuæ Trinitatis Patris*, & *Filii*, & *Spiritus Sancti* : *Amen*. Hoc arcanum diviniſſimum lumine Fidei ſplendorem accipit, neque aliundè curioſiùs adipiſci debet in fundamentum ſanctæ, & veræ Religionis noſtræ. Alma Catholica, & Romana Eccleſia noſtra totis viribus, toto conatu hoc ſuper fundamento Sanctam Fidem noſtram tot in Conciliis inviolatam, & illibatam tenendam eſſe decrevit, Clypeoque ſalutis, nempè uno ab uſque Apoſtolorum tempore, eorumque opere, ac altero Nicænæ Fidei Symbolo, quo in Miſſa peragenda utimur, munitam, corroboratamque eſſe voluit. Quiſnam hujus myſterii, noſtræque Fidei abſolutus, perfectuſve laudator erit? Nemo profectò, nullus omninò, ſanè autem, quot Martyres, tot Præcones.

Noſtrum tamen eſt inhærendo potiſſimum Romano Concilio Sanctiſſimi Patris, & Domini noſtri BENEDICTI XIII. præcipere, & mandare infraſcriptis ad emittendam Fidei Profeſſionem in manibus noſtris, ſivè noſtri Vicarii Generalis juxtà formam, & tenorem Bullæ 88. *Pii IV. de Anno* 1564. ſub pœnis in eadem Conſtitutione inflictis, aliiſque arbitrio noſtro.

1 Dignitates, & Canonicatus obtinentes poſt adeptam poſſeſſionem infrà bimeſtre, qui etiam in pleno Capitulo profeſſionem Fidei emittant, nec-

Digitized by Google

non dignitates, & Canonici Collegiatarum noſtrarum infrà idem tempus.

2 Beneficia cum cura Animarum obtinentes infrà bimeſtre tempus.

3 Quicunque obtinent alia Beneficia ſimplicia ſimilitèr in ſpatio duorum menſium.

Et ſciant omnes ſupradicti, eis non ſuffragari pacificam poſſeſſionem, quin non amittant fructus abſque ulla Superioris declaratione, niſi dictam Fidei profeſſionem emiſerint.

4 Novus Vicarius Generalis, Vicarii Foranei, Promotores Fiſcales, & Cancellarii.

5 Novi Concionatores, etiam Regulares.

6 Novelli Confeſſarii, etiam Monialium.

7 Docentes publicè, vel privatim Theologiam, Philoſophiam, Jus Canonicum, aut Civile, necnon Magiſtri Grammaticæ.

8 Tandem Medicinam, & Chirurgiam profitentes.

TIT. II.

De Sortilegis, & Blaſphemis.

§. 1. CUm Sortilegia, & Blaſphemiæ non parum cultui Sanctiſſimæ Triadis exhibendo, irreligiosè, ac iniquè excerpunt, ideò immediatè ſubjunximus de his maledictis, infamibuſque perſonis tractare, & cum ſatis abundè *tit.* 8., & 9. *Anteceſſoris noſtri b. m. Epiſcopi Armenii* contra eaſdem ſancitum fuit, quod approbamus, & renovamus, ac executioni mandari præcipimus, tantummodo nobis relinquitur inculcare Parochis, & Confeſſariis ad illas inveſtigandas, & perſequendas, tanquàm perſonas Reipublicæ perniciosas, veramque

que

que Religionem Chriſtianam deſtruere conantes, falſoſque Deos, imò Dæmones adorare volentes: Quapropter hoc in loco Edictum Sancti Officii adnectimus, legendum Populo à Parochis, dum Miſſas peragant in die feſtivo Sanctiſſimæ Trinitatis, ac etiam in altero Feſto Sancti Joannis Baptiſtæ ad unguem obſervandum. Et ſi Parochi negligant id promulgare, multabimus eos quinque carolenis piis uſibus &c. aliiſque pœnis abitrio &c. *Edictum ſequens eſt.*

Noi &c. Per la miſericordia di Dio, della Santa Romana Chieſa Cardinali in tutta la Republica Chriſtiana contro l'heretica pravità generali Inquiſitori della Santa Sede, e ſpecialmente Deputati.

Eſſendo à Noi per continua eſperienza manifeſto, che molti per malizia, altri per inobedienza, & altri per ignoranza non ſodisfano agli oblighi, che ànno di denunziare al Sant'Offizio li delitti ſpettanti ad eſſo; che però ſuccedono grandiſſimi inconvenienti, ed errori, non ſolamente contro i buoni, e Criſtiani coſtumi, mà anche contro la Fede Cattolica. Noi per tanto, a' quali ſpecialmente devono eſſere à cuore la gloria di Dio, la conſervazione, ed augumenti della Fede Cattolica, e la ſalute dell'Anime, volendo provedere à tanto diſordine, con autorità Apoſtolica à Noi commeſſa, commandiamo in virtù di Santa Ubidienza, e ſotto pena di ſcommunica di lata ſentenza, oltre l'altre pene preſcritte da' Sacri Canoni, Decreti, Conſtituzioni, e Bolle de' Sommi Pontefici, per tenore del preſente Editto à tutti, e ciaſcuna Perſona di qualſivoglia ſtato, grado, condizione, e dignità, così Eccleſiaſtica, come Secolare, che frà il termine di trenta giorni, dieci de' quali per il primo, dieci per il ſecondo, e dieci per il terzo termine perentorio, debbano rivelare, e giuridicamen-

te notificare al Sant'Offizio, ovvero all'Ordinario tutti, e ciaſcun di quelli, de' quali ſappiano, ò abbiano avuta, o averanno notizia;

Che vi ſiano Eretici, ò ſuſpetti, ò diffamati d' Ereſia, ò credenti, ò fautori, ò ricettatori, ò difenſori loro: ò abbiano aderito, ò aderiſcano a' Riti de' Giudei, ò Maomettani, ò de' Gentili, ò abbiano apoſtatato dalla Santa Fede Cattolica:

Che abbiano fatto, ò facciano atti, da' quali ſi poſſa argomentar patto eſpreſſo, o tacito col Demonio, eſercitando incanti, magie, ſortilegj, porgendogli ſuffumigi, ò incenſi, per trovar teſori, & altri intenti, chiedendo da lui riſpoſte, ed invocandolo, ed à queſto effetto promettendogli obedienza, e conſagrandogli pentacoli, libri, ſpade, ſpecchi, ed altre coſe, nelle quali intervenga il nome, ed opera ſua:

Che ſi ſiano ingeriti, ò ingeriſcano in far eſperimenti di Negromanzia, ò di qualſivoglia altra ſorte di Magia, con entrare ne i circoli, far eſperimenti della garaffà, ò del crivello, per trovare i medeſimi teſori, coſe naſcoſte, rubbate, ò perdute, e far altre ſimili ſuperſtizioſe azzioni ad altri fini, maſſime con abuſo de' Sacramenti.

Che ſenza la licenza dovuta ritenghino ſcritti, che contengono Ereſie, e libri d'Eretici, che trattano ex profeſſo di Religione, ò che li habbiano letti, ò tenuti, ò ſtampati, ò fatti ſtampare, ò gli leggano, tenghino, ſtampino, ſaccino ſtampare, introduchino, ò difendino ſotto qualſivoglia preteſto, ò colore.

Che abbiano libri di Negromanzia, Magía, ò continenti incanteſimi, ſortilegj, e ſimili ſuperſtizioni, maſſime con abuſo di coſe ſagre.

Che contro il voto ſolenne fatto nella Profeſſione

in

Digitized by Google

in qualſivoglia Religione approvata, ò dopo aver preſa l'Ordine Sagro abbiano contratto, ò contraggano matrimonio.

Che vivendo la prima moglie, abbiano pigliata la ſeconda, ò vivendo il primo marito, abbiano pigliato il ſecondo.

Che contro i Decreti, ò Conſtituzioni Apoſtoliche abbiano abuſato, ò abuſino il Sagramento della Penitenza, ſervendoſi della Confeſſione, ò Confeſſionario a fini diſoneſti, ſollecitando in eſſi i Penitenti ad turpia, *ed avendo con eſſi diſcorſi di coſe illecite, e non convenienti al fine, per il quale è ſtato iſtituito.*

Che abbiano proferito, ò proferiſchino beſtemie ereticali contro Dio, la Beata Vergine, e Santi, ò precedino à qualche atto di offeſa, e diſprezzo contro le Imagini, e Figure rappreſentanti i medeſimi.

Che abbiano tenuto, ò tenghino occulte conventicole, ò radunanze in pregiudizio, diſprezzo, ò contro la Religione.

Che abbiano indotto qualche Criſtiano ad abbracciare il Giudaiſmo, ò altra ſetta contraria alla Fede Cattolica, ò impedito i Giudei, e Turchi à battezarſi.

Che, non eſſendo ordinati Sacerdoti, s'abbiano con ſacrilego ardire uſurpato, ò uſurpino di celebrare la Meſſa, ancorche non abbiano proferito le parole della conſecrazione, ò abbiano preſunto di miniſtrare il Sacramento della Penitenza a' Fedeli di Criſto, ancorche non ſiano venuti all'atto dell'aſſoluzione.

In oltre ſi dichara, che quelli, i quali non denunziaranno, come ſi ordina col preſente Editto, non poſſino eſſere da alcuno aſſoluti, ſe non dal Santo Offizio, dopoche averanno in eſſo giuridicamente rivelato i delinquenti, al che non poſſono ſodisfare con bol-

bollettini, ò lettere ſenza nome, e cognome dell' Autore, ò altri modi incerti, de' quali non ſe ne tiene conto alcuno nel Santo Tribunale.

Si dichiara anche, che con la ſudetta eſpreſſione de' caſi di ſopra da noi ſpecificati da rivelarſi, non ſi eſcludono gli altri caſi ſpettanti al Santo Offizio, che per altro ſono compreſi ne' Sagri Canoni, Conſtituzioni, e Bolle de' Sommi Pontefici, nè meno col preſente Editto s'intenda derogato all'altre proviſioni Canoniche Apoſtoliche, & agli altri Editti degli Ordinarii, ed Inquiſitori.

Et affinche del preſente Editto non ſi poſſa pretendere ignoranza, comandiamo &c., acciò lo publichino, & ordinino, che li Parochi delle loro Dioceſi lo legghino due volte l'anno.

Si avverte per maggior ſpiegazione del ſudetto Editto, e per qualche particolare biſogno di queſte Dioceſi, che ordinandoſi in eſſo la rivelazione di tutti quelli, che eſercitano magie, ſortilegj, & incanteſimi ſono fra queſti principalmente compreſi quelli, che per arte diabolica legaſſero, o ſapeſſero legare gli Spoſi, acciocche non poſſino conſumare il Matrimonio, overo ſciogheſſero, o ſapeſſero ſciogliere li legati, come anco tutti quelli, che a ſimili azzioni daſſero ajuto, favore, o conſiglio. Inoltre ſono compreſi quelli, che con arte ſuperſtizioſa ſapeſſero curare le infermità tanto di uomini, quanto di animali, ò con dett'arte ſapeſſero ritrovare eſſi animali, ò altre coſe ſmarrite, ò rubbate. Perciò ciaſcheduno, che aveſſe notizia di tali delinquenti, è tenuto a denunziarli ſotto la pena di Scommunica come ſopra.

TIT.

TIT. III.

De Doctrina Chriſtiana.

§. 1. HAnc tractandam ſubjungimus, qua irreligioſitas quæque evellitur, & extirpatur, hæc namque operatur, ne omni vento iniquę Doctrinæ circumferamur, & ne Parvuli dogmata aliena cum lacte percipiant, ſed imbuti Myſteriis, & Chriſtianæ diſciplinæ rudimentis, ſapiant, quæ ipſis Chriſtus Dominus revelare promiſit.

Ad Coloſſ. 1.
Ad Ephеſ. cap. 4.

2 Parochi igitur Dominicis per annum poſt prandium, ut moris eſt, per ſe, & non per aliam perſonam, (dummodo non ſint verè impediti,) ad Eccleſiam conveniant una cum Clericis, ac aliis Eccleſiaſticis in Sacris Conſtitutis ipſiuſmet Eccleſiæ ſervitio aſſignatis ad edocendos parvulos, & etiam puberes, ac viros ad ſonum Campanæ prius convocatos Doctrinam Chriſtianam Bellarmini, quam diſpenſare fecimus. Qui ſi negligant convenire, idem Parochus mittat Clericos per Domos, & Plateas, vel ſi opus ſit, ipſemet eat, collectos doceat; ubi verò de mane, poſt Evangelii brevem, & ſanam explicationem, eadem quoque doctrina indeſinenter explanetur.

Trident. ſeſſ. 5. cap. 2. de refor. ſeſſ. 24. c. 4. de refor.
Edict. BENED. XIII. in append. Conc. Rom. edit. 20. Decemb. 1724.

3 Quod autem inexplicabiliter dolet eſt de inſcitia, & incapacitate, ut ita dicam, Ruſticorum adultorum: Cum his adhibendum eſt documentum Sanctiſſimi Patris Noſtri BENEDICTI XIII., qui mandat, ut Parochi Oppidorum, & Villarum poſt Evangelii explicationem alta voce, & materno Sermone, Populo deinde reſpondente, ſaltem ſequentia paulatim cantando edoceant, & aliqua explanent.

Tit. 1. cap. 5. Conc. prov. 5. S. Carol. par. 1. de Doctr. Chriſt.

Signum Sanctæ Crucis.

My-

Myſteria Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis Jeſu Chriſti.

Orationem Dominicalem.

Salutationem Angelicam.

Præcepta Decalogi.

Præcepta Eccleſiæ.

Septem Sacramenta.

Septem peccata capitalia.

Actum Contritionis, qui in fine Synodi dabitur.

Lit. Encycl. S.C. Leſina 11. Jan. 1600.

4 Alii verò Sacerdotes, qui in Oratoriis, Cappellis, & Eccleſiis ruralibus, Miſſas celebrent de more à Parochis miſſi, ſive à Populi devotione invitati eadem docere tenentur, ſub pęna quinque carolenorum locis piis &c.& aliis arbitrio &c.

S. Ambr. lib. 2. hom. in Luc.

5 Et quia ad Doctrinam Chriſtianam etiam convenire debent Puellæ, ſtrictè Parocho præcipimus, ne tranſacto decennio ætatis earum, illas una cum maſculis commiſceri faciat, ſed diviſim in aliqua Cappella doceat, ut ab infantia virorum affatus & aſpectus diſcant vereri.

6 Et amplius mandamus, ut ſi quæ piæ Mulieres calleant in eorum Oppidis illa prima rudimenta deſcripta, injungant Parochi iiſdem, ut doceant ſæpè, & ſæpiùs Puellas prædictas, maximè ſi fuerint commadres, ſive conſanguineæ, terminantes ſcholam cum recitatione partis unius Sanctiſſimi Roſarii; ſimiliterque fiat cum maſculis, ſi inveniantur viri compatrini, & conſanguinei, qui prædicta rudimenta docere poſſint.

7 Nulla admittatur excuſatio indebita apud Parochos, ſi Genitores, filios, filiaſve ſuas ad Chriſtianam Doctrinam non mittant: Ad quod occurrendum, Parochis, & Confeſſoribus ſtrictè mandamus abſolutionem ſacramentalem iiſdem non impartiri,

vel

vel ſaltem Sacræ Euchariſtiæ ſumptionem, præſertim in Paſchate, ut reſipiſcant.

8 Ludimagiſtris ſub pœna privationis officii, prçcipimus, docere pueros, & adoleſcentulos diſcipulos, rudimenta Fidei, & Chriſtianam Doctrinam brevem Bellarmini, quæ dividatur in capita, prout capacitas docendorum ſuffert, & idoneitas ſit, tranſeundo deinde paulatim ad integrum curſum ipſiuſmet Bellarmini Doctrinæ magnæ.

Conc. Lateran. Leon. X. ſeſſ. 9. c.7.Bul.ejuſd. Superna.

TIT. IV.

De Caſuum Conſcientiæ Congregationibus.

§. 1. SAcerdotum omne opus, & robur in prçdicatione, & Doctrina conſiſtere debet; & Lex ſcientiæ, quæ in labiis eorundem, teſte Propheta, cuſtoditur, prorſus de ore ipſorum requirenda eſt, juxta Apoſtolum: Parati reddere rationem poſcenti de ea, maximè Parochi, & Confeſſarii, qui hominum conſcientias dirigere, & Deo devotas conſervare tenentur.

Malach. cap. 2. Can. ſi Laicis diſtinct. 38. Can. Ignorantia diſtinction. 38. 1. Petri cap. 3.

Igitur in hac noſtra Civitate bis in unoquoque menſe, die verò Sabbati ad Veſperas in noſtro Palatio, ſive in noſtra Cathedrali coram nobis, vel noſtro Vicario Generali congregentur omnes Eccleſiaſtici Civitatis, & adjacentium Villarum, ſub pœna Parochis, & Confeſſariis carolenorum trium, locis piis &c. Si abſque legitima cauſa defecerint convenire; Regularibus verò ſub pœna ſuſpenſionis à munere Confeſſarii arbitrio &c.

2 Præventivè dabuntur duo caſus conſcientiæ ſuper materiis magis aptis, & opportunis, nec non tertius ſuper Miſſalis, & Breviarii Rubricis, diſcutiendi à duobus Eccleſiaſticis deſignandis, & nihilominus cuilibet Congregatorum datur facultas di-

cendi, & opponendi. Illis duobus plenè auditis, nos ipſi, vel aliquis Theologus adſignatus à nobis, quem Præfectum Congregationis vocamus, perpenſis hinc indè opinionibus, ac rationibus adductis, deciſionem caſuum finaliter imponet, & omnibus ſatisfaciet.

3 Initium ſumet hæc noſtra diſpoſitio ſecundo Sabbato poſt celebrationem hujus Synodi, & in omnibus quindecim diebus ita omnes debent convenire, & congregari.

4 Per Diœceſim verò deſignamus loca ſequentia, ubi adjacentes Eccleſiaſtici, aliarum vicinium congregari debent, etiam ad quindecim dies, aſſignato uno die magis opportuno per Præfectum.

LOCA SUNT

Teramum, ubi conveniunt.

Præfectus idem Epiſcopus, vel Theologus ab ipſo deputandus.	Magnanella.
Mianum.	Gipſum.
Ruccianum.	Putignanum.
Ripa.	Rupum.
Frondarola.	Sanctus Petrus.
Planum Cavucci.	Monticellum.
Planum magnum.	Nepezzanum.
Turricella.	Colleminuccium.
Collum Pladinum.	Podium S. Victorinum.
Collum Carunum.	Podium Conum.
	Cerretum.
	Capraficum.

Julia nova, in qua conveniunt.

Præfectus admodum Reverendus Canonicus D. Joannes Piermattei.

Mons

Digitized by Google

Mons Paganus.
Turturetum.
Montonum.
Cologna.
Podium Morellum.

Bellantes, in qua conveniunt.

Præfectus Rev. Pater Baccalaureus Thomas de Bartholomeis Carmelita.
S. Homerus, &
Ripattonum.

Civitella, in qua conveniunt.

Præfectus admodum Rev. D. Franciſcus Arcerii Plebanus.
Villæ ejuſdem Civitatis.

Neretum, in quo conveniunt.

Prçfectus admodum Rev. D. Prçpoſitus Ranalli.
Toranum, &
Controguerra.

Terra montis D. Pauli in Picænis, in qua conveniunt.

Præfectus Rev. D. Philippus Sacchi Præpoſitus, &
Eccleſiaſtici ejuſdem Terræ.

Montorium, in quo conveniunt.

Præfectus admodum Rev. D. Archipresbyter Angeletti.

Digitized by Google

Collevctus.
Spianum.
Rapinum.
Podium Umbrichium, &
Tres Villæ Montorii.

Cerbarium, in quo conveniunt.

Præfectus admodum Rev. D. Antonius de Nardis Curatus.
Tutteja.
Alvi.
Fractoli.
Ceſacaſtina.
Vallis Vaccara.
Crognaletum.
S. Georgius.
Macchia Roſeti.
Planum Roſeti.
Senarica Reſpublica.

Padula, in qua conveniunt.

Præfectus admodum Rev. D. Athanaſius Braciſco Curatus.
Fioli.
Rianum.
Ciarelli.
Canili.
Li Lami.
Planum Flumatæ.

Burgum novum, in quo conveniunt.

Præfectus admodum Rev. Præpoſitus D. Donatus Piſtocchi.

Po-

Podium Rapterium.
Abbetemozzo.
Maglianum.
Tizzanum.
Morriconum.
Populus.

Podium Vallis, in quo conveniunt:

Præfectus admodum Rev. D. Sabbatinus Mazza Curatus.
Aquaratola.
Vallis Piola.
Macchia Jacova.
Paſtignanum.
S. Maria Joanellæ.

Caſa nova, in qua conveniunt:

Præfectus admodum Rev. D. Joſeph Nagacci Curatus.
Fajeti.
Pagliaroli.
Servilli.
Elice.
Camignanum.
Cortinum.
Acquavivæ.

Si caſu fortuito hoc in loco Eccleſiaſticos omnes aliarum Villarum, Oppidorum, vel Rurium nequaquam numeravimus, & locavimus, eoſdem ſic relictos volumus convenire ad Congregationem hujuſmodi in loco proximiori, & commodiori.

5 Unicuique Præfecto Secretarium aſſignamus Sacerdotem, vel Clericum ab eodem Præfecto eligen-

gendum ad effectum redigendi in ſcriptis in primis caſus propoſitos, ſecundo reſponſiones datas, vel allatas, cum licitum ſit etiam reſpondere in ſcriptis, & tertio loco deſcribatur deciſio caſuum cum ſubſcriptione ejuſdem Præfecti, & Secretarii. Qui de omnibus conficiat librum ſæpè à nobis inſpiciendum, & conſiderandum, à quo adſumemus merita, vel demerita Eccleſiaſticorum, conſideratis maximè illorum deficientiis, & frequentationibus. Sciantque Clerici, Subdiaconi, & Diaconi quod ni convenerint, certo certiùs ad ulteriores ordines nequaquam aſcendent: Immo ex nunc mandamus inter alia requiſita per ordinandos afferri Fidem frequentiæ hujus Congregationis, gratis à Præfecto, & Secretario præſtandam, aliter optatum ordinem Clericalem non recipient.

6 In Civitate nullus menſis vacabit, ſicuti etiam in locis deſignatis, ubi plures ſunt Eccleſiaſtici. De Eccleſiaſticis verò Oppidorum, & Villarum adjacentibus, conſiderantes grave incommodum pro tempore hyemali, indulgemus ad non conveniendum in menſibus Decembri, Januario, Februario, ac Martio quoque, verum ſi tempora percurrant fælicia ſine pluvia, ſine nive, & abſque magno frigore, libentèr quæſo iter arripiant: ſemper enim aliquis Animarum fructus in frequentatione Congregationum reperietur, & ita ignorantia vincetur, admonendo eoſdem cum D. Paulo, *ſi quis ignorat, ignorabitur.* *1. ad Corinth. c. 14.*

7 Obſecramus tandem Congregationis hujus Præfectos omnes ad effundendum bonum *ex ſe ſui diffuſivum*, & cum omni patientia, charitate, & doctrina idoneitatem ſuam pro Deo libentèr, & gratis impertiri, ſanè orthodoxè, ſinè vento inanis ſcientiæ omnia docentes, quaſi ſemper vulgari ſermone, elu-

elucidando Chriſtum, & legem ſuam, ait enim, *qui elucidant me, vitam æternam poſſidebunt.*

TIT. V.

De Præbenda Theologali.

§. 1. HÆc ſimilitèr ad continuationem noſtrarum Rubricarum dat manus ſuas, & forſan primum locum obtinere debuiſſet, ſi conſideremus rem tractandam, & ſubjectos erudiendos. Nuper opitulante Deo in hac noſtra Cathedrali Eccleſia, Theologalem deputavimus ex prima Canonicali Præbenda vacatura, & favente eadem gratia Divina, manutenebitur de uno ad alterum, donec electorum numerus compleatur.

2 Magna nimis merces eſt in Cęlo pro laborantibus in Vinea Dñi Sabaoth, ſed ne in via, dum iter agitur, in hoc ſæculo decidant, & deficiant, quædam emolumenta de Cappellaniis, ſive Economiis, aut Beneficio ſimplici, quomodocunque vocantur in perpetuum univimus ſervatis formis Tridentini, & Concilii Romani Sanctiſſimi Domini noſtri BENEDICTI XIII., ac ejuſdem Bullæ, quæ incipit *Paſtoralis Officii* ſub dat. 14. Kalend. Junii 1725.

3 Diebus omnibus Dominicis Canonicus Theologus ad Lectionem S. Scripturæ tenetur, & officium ſuum erit incipiendo à Sacra Geneſi, unumque caput, ſi fieri poſſit dilucidè, & ornatè in qualibet lectione explicare juxta ſenſum alicujus S. Doctoris, prout libuerit. Horam protrahendam in hac ſacra lectione ipſi Canonico Theologo non aſſignamus, verùm ſi brevis fiet, vilipendetur, ſi longus frigeſcet. Itaque diſcretus ipſe ſit, ac devotus, fructum Animarum eruens, vel in aliqua virtute.

tute amplectenda, vel in aliquo vitio fugiendo.

4 Si non inveniretur Canonicus Theologus habilis, & idoneus pro ſacra lectione Scripturæ ad formam *Sac. Concilii Tridentini*, necnon Conciliaris diſpoſitionis Sanctiſſimi Patris BENEDICTI XIII. fructus Canonicatui per nos unitos, nunc pro tunc alteri Theologo Sæculari, vel Regulari lectionem prædictam agenti, adſignamus, & pro honeſto ſtipendio conſtituimus.

5 Et inhærendo eidem *Concilio Romano*, Dignitas, & Canonici omnes, Parochi, & Confeſſarii ſæculares, Sacræ lectioni, diebus, & hora deſupèr ſtabilitis, omninò intereſſe tenentur, ſub pœna trium carolenorum locis piis applicandorum, & in ſubſidium, ac in gravi contumacia, ſuſpenſionis à Divinis: Clerici verò, Diaconi, Subdiaconi, & Sacerdotes, niſi interfuerint, ſciant ſe ad ulteriores ordines, & ad Beneficia adipiſcenda minimè tranſituros.

TIT. VI.

De Concionatoribus.

§. 1. TUÆ hi ſunt Spiritus Sancti, Evangelium buccinantes, Sanctam Trinitatem propalantes. Quinam, & quales eſſe debeant, ſat ſit, reminiſci Scripturæ: *quàm ſpecioſi ſunt pedes Evangelizantium*. Doctos itaque volumus, ſanæ Doctrinæ, ætate maturos, fortes, & irreprahenſibiles, optimis moribus imbutos, atque à dignis viris nobis approbatos, ut ita fructuosè ſuum impleant miniſterium. Caveant ventoſas humanæ ſapientiæ fratres adhibere, in oſtenſione tantùm moderati Spiritus, ac officii Sacri Oratoris ſe contineant.

Can. oportet q. 1. Can. ſit rector diſtin 43. S. Greg. Nanz. orat. de S. Lavacro.

Conc. Later. ſub Leon. X. ſeſſ. 11.

2 In

2 In Villis verò, & Oppidis noſtræ hujus Diœceſis ſe accommodent ruſticis, & plebi, cum quibus utantur Cathechiſmis, rudimenta fidei docendo, vernacula lingua cum exemplis Sanctorum, & Sanctarum captui rudi appoſitis, & opportunis, ut didicita cuſtodire poſſint, & ne in vacuum gratiam prædicationis Verbi Dei recipiant.

3 Cum in hac noſtra Diœceſi Communitates Concionatores ſuos nobis *nominent*, *&* *præſentent*, ideò volumus, certioratas eſſe, inhærendo Conſtitutioni Synodali noſtri Prædeceſſoris Armenii ſub tit. 8. §. *poſtremò ſcilicèt*, quod ſi hæ per totum Decembrem *nominationes*, *ſive præſentationes* facere neglexerint, ſtatim tranſacto dicto Menſe, Jus ad præſentandum pro illa vice amittant, electione mittendi Concionatorem expenſis ipſius Communitatis non nominantis ad nos devoluta. Inſuper ſciant Communitates ipſæ, ac Concionatores ab eiſdem præſentati, ad nos ſpectare electionem, confirmationem, & approbationem cum expeditione Literarum Patentalium, prout de more adhibitis illis verbis per nos tantum: *eligimus*, *&* *deputamus*.

S. Cong. Epiſc. in Aquenſi 8. April. 1603. in Ceſenat. 17. Septem. 1655.

4 Sunt aliquæ Communitates, quæ in Adventu Domini Prædicatores volunt: Admonemus in Domino, & præcipimus, ut nos certioratos faciant de eiſdem Adventualibus Prædicatoribus, ſaltem per quindecim dies ante, ad effectum cognoſcendi, quinam ſit Concionator, & an ſanæ, & Orthodoxæ Doctrinæ, & impertiendi eidem noſtram benedictionem. Quod ſi deficerent in certioratione, & in benedictione reſpectivè, nolumus tales Concionatores; etſi præſumpſerint prædicare, interdicto Eccleſiaſtico ſupponimus communicantes, Concionatores verò ſub pœnis contentis in Bulla S. M. Gregorii XV., quæ incipit: *Inſcrutabili*.

5 In reliquis, quæ huic decreto non adverſantur, Conſtitutionem prædictam noſtri Prædeceſſoris, volumus obſervari, & confirmamus.

TIT. VII.

De Feſtorum Dierum Obſervantia.

§. 1. SEQUITUR hæc Rubrica tum ad frequentiam captandam Populorum pro lectionibus, ac prædicationibus Sacris ſupra recenſitis, & tum quod principaliter vacandum ſit ad cultum Deo præſtandum pro illo præcepto: *Sabbata ſanctifices.*

2 Feſtivis diebus non licet mercatoribus, artificibus ſuarum Apothecarum portas habere apertas, & publicè vendere merces, præcepto Decalogi non obtemperantibus, in horis præcipuè Divinorum Officiorum. In hac Civitate (Deo gratias) multæ adſunt devotiones, & pietatis ſpecimina. De manè audiantur Miſſæ, fiant Confeſſiones Sacramentales, & de ſero incumbent bonæ morti, SS. Roſario, expoſitionibus Venerabilis, aliiſque piis operibus &c. quod ſi claudere portas nolint, & vendant, nos mulctabimus eoſdem Opifices, & Mercatores pœna arbitraria, etiam Interdicti Eccleſiaſtici in ſubſidium.

Conc. Rom. ſub Eug. I. apud Ant. Aug. lib. 20. tit. 19. cap. 1.

3 Laniones inſuper, Caupones, & vendentes res victui humano neceſſarias omnino caveant, portas habere apertas totaliter; ſufficere enim poteſt medietas ingreſſus, ut ſic quodamodo honorificent Deum, Legique ejus caput ſubjiciant, ſub pœnis arbitrariis, in caſu verò contumaciæ, etiam Interdicti Eccleſiaſtici.

4 Operarii non laborent, etſi caſus occurrat neceſſitatis, nempè tempore meſſis, vindemiarum &c. in

in Civitate adeſt Vicarius Generalis noſter prò concedenda facultate, in Oppidis, & Terris, ubi adſunt Vicarii Foranei, eoſdem adeant, in aliis verò locis, Parochis concedendi talem licentiam tribuimus facultatem. Etſi pertinaces de non expoſcenda licentia operarii fuerint, pœnis arbitrariis, etiam Interdicti Eccleſiaſtici eos puniemus. Invigilent igitur omnes Miniſtri noſtri, & pro primis vicibus in tranſgreſſione, nos certiores faciant: Deinde verò facultatem noſtram puniendi tranſgreſſores ex nunc pro tunc, plenè concedimus. *S. Pius V. Bul. 5. Cum primum 15. April. 1566. S.C. in Bellocaſtr. 2. Sept. 1603.*

5 Caveant tamen Miniſtri noſtri, & Parochi, ne in tali permiſſione concedenda, eorum facultate abutantur.

6 In Die Dominico Parochus ex Altari, dum Sacra peraguntur, denunciet Populo Feſtivitates in Hebdomada occurrentes: Imò de ſerò ante Feſtum pulſare campanas faciat in ſignum ſequentis Feſti, ſive vigiliæ cum jejunio, ſub pœna in caſu contraventionis arbitrio. *C. Pronunciandum diſt. 3. de Conſecr.*

TIT. VIII.

De Miſſarum Celebratione.

§. I. SOLEMNIS, & magni Sacrificii cruenti Typus eſt Miſſæ Sacrificium, & quemadmodum tunc omnipotentem Deum propitiatum reddidit, itaut portas Inferi clauſit, Cœlique oſtium Dominus Noſter Jeſus Chriſtus benignè aperuit, ità nunc tales gratias continuare non deſinat. Sed (proh dolor)! Quot abuſus, quot irreligioſitates, quot injuſtitiæ, quot peccata, quot ſcelera non irrepſerunt! Memores ſint Sacerdotes, quod Chriſtus Dominus etiam in Sacrificio Miſſæ primus eſt, *S. Hieron. in c. 1. epiſt. ad Tit.*

Digitized by Google

& principalis offerens, ipſi ſunt ſecundarii Miniſtri, & indigni prorsùs, ſi indignè miniſtrent.

2 Deo dante, providebimus ſuper cæremoniis cum aliqua viſitatione perſonali in Civitate, ac aliis in locis, ubi illam non habuimus.

3 Nunc ſtrictè præcipimus, ut unuſquiſque, cui incumbit regimen Eccleſiæ, ſive Cappellæ, conficiat Tabellam Onerum Miſſarum, quæ pendere debet in Tabula intus Sacriſtiam, deſcribendo Miſſas, & Anniverſaria, diem oneris, numerumque eorum ac ſatisfactionum, & Perſonas Defunctorum, ſive vivorum, pro quibus applicandæ ſunt Miſſæ. Inſuper conficiendus eſt liber, ubi itidem inſcribendus eſt dies Pii Legati occurrens, anniverſarium &c., prout diximus de Tabella. *Ego NN.* (ſcribendo nomen ſuum) *celebravi pro anima talis de tale Defuncti*, nomen paritèr inſcribendo. Liber vero hujuſmodi in quolibet anno eſt renovandus, ut nos in Sancta Viſitatione eundem recognoſcere, & Decreta ſatiſfacti oneris appingere poſſimus, & interim cuſtodiendus eſt ſub clave à Sacriſtis in noſtra Cathedrali, Collegiatis, & receptitiis Eccleſiis, in aliis vero à Parochis cum diligenti cuſtodia. Quod ſi Tabellas, & libros hujuſmodi conficere minime curaverint, mulctabuntur illi, ad quos ſpectat talis confectio libri, in carulenis decem Piis uſibus &c., & nihilominus ſatisfactiones onerum non judicabimus effectuatas eſſe, atque in carceribus Sacerdotes falsò ſcribentes intrudemus, arbitrio &c.

Inn. XII. Conſtit. Nuper 10. Kal. Jan. 1697. confirmans decret. Urbani VIII.

Lit. Encyclicæ S. C. C. de mandato Alex. VII. 13. Decemb. 1663.

4 Sacriſtæ igitur, & Parochi librum confectum de mane recludant, & ſub tabula ponant cum atramentario, & calamo. Sacerdotes poſt celebrationem illicò ſcribant Miſſam modo deſuper dato, & niſi ſcribant, renuant Sacriſtæ in altero die ſcriptionem illius Sacerdotis; Imo ad occurrendum fraudibus,

Digitized by Google

bus, Sacriſtæ antequam ab Eccleſia egrediantur, librum, ſive libros prædictos revideant, etſi invenerint vacuum ubi Miſſæ ſatisfactio erat deſcribenda, occupent illud linea atramentarea ad effectum, ut amplius Sacerdos obliviosus, vel injuſtus ſe nequeat ſcribere, etſi Sacriſta, vel Parochus id agere neglexerint, irremiſſibiliter eoſdem carceribus puniemus, aliiſque pœnis plectemus arbitrio &c.

5 Miſſæ à Sacerdotibus non debent celebrari, niſi ſaltem recitato Matutino cum Laudibus Officii currentis, cum quo Miſſa debet concordare, & niſi in Sacriſtiis Eccleſiarum devoto animi ſenſu ſe præparent, genuflexi juxta ordinem Tabellarum ad hunc finem conſervandarum, ſub gravibus pœnis arbitrio noſtro &c. puniemus.

Cap. 1. de celebr. Miſſ.

6 Quamobrem Rectores Eccleſiarum provideant ſe iiſdem Tabellis, & in unaquaque Sacriſtia eaſdem pendere faciant in tabulis, ſive muro affixas, ſub pœna trium carolenorum piis uſibus &c.

7 Nequaqam celebretur Miſſa, niſi veſte talari, (ad quem finem, ut aeri nòſtro frigido, & inclementi occurramus) mandamus unumquemque Sacerdotem in menſibus Decembri, Januario, Februario, de ſaldiliis provideri, (non autem ſordidis, & laceris) cum quibus Sacrum agere poſſint, & valeant, ſub pœna decem carolenorum, qui impenduntur pro facienda ſaldilia ipſiuſmet Tranſgreſſoris, nec non pro aliqua eleemoſyna, ſi ſumma ſuppeteret.

Conc. Trid. in dec. de obſer. & vitan. in celeb. Miſſ. S. C. C. in Neap. 17. Aug. 1630.

8 Tantum advenæ Sacerdoti in menſibus recenſitis Miſſam celebrare cum abitu curto indulgebimus, nî prę manibus reperiatur ſaldilia aliqua mutuanda.

9 Præcipimus præterea, ne ad Miſſam celebrandam admittantur Sacerdotes publicè, & notorii criminoſi, aut ſcandaloſi, qui ſi ad Altare accedere præſumpſerint, in pœnam ſuſpenſionis nobis reſervatæ

Conc. Trid. ſeſſ. 22. de obſer., & evitan. in celebr. Miſſ. Synod. Farf. in hoc Tit.

vatæ incurrent: Etſi hac ſpreta celebraverint irregulares declarabuntur. Quo non obſtante, etſi Sacra peragere etiam continuaverint, in eos tanquam de Hæreſi ſuſpectos procedetur, neque eis ſuffragabitur ulla excuſatio, etiamſi a noſtra Curia Proceſſus ſuper eorum criminibus factus non fuerit, cum per ſeipſos ab Altari abſtinere debeant, quouſque, & offenſam, & ſcandalum Populi contrariis actibus aboleverint.

Trid. dicto decret. de obſer., & vitan. Can. extraneo c. tuæ fraternitatis de Cleric. peregr.

10 Pariter arceantur à celebrando in quacumque Eccleſia tam Sæcularium, quam Regularium utriuſque Sexus, omnes Sacerdotes exteri, & vagi, niſi literas teſtimoniales, ſeu dimiſſoriales ſui Ordinarii oſtenderent, quas in Civitate Vicarius noſter Generalis recognoſcet, & Vicarii Foranei per Diœceſim, ſub pœnis arbitrariis Rectoribus locorum, & Eccleſiarum infligendis, ſi abſque tali recognitione prædictos Sacerdotes admiſerint.

Conc Trid ſeſſ. 23 de Reform. cap. 1. Sac. Cong. Conc in Cluſina 5. Julii 1670.

11 Miſſa Parochialis diebus Dominicis, & feſtivis de præcepto in hora opportuna, & univerſo Populo accommodata celebranda erit à Paroco, qui tenetur eamdem applicare, & offerre Deo pro Plebe ſua, prout Sacra Congregatio Conc. declaravit.

Etſi plures adfuerint Miſſæ, una celebretur in Aurora ad commodum itinerantium, aliæ verò diſtribuendæ Judicio Parochi.

Decreta Sacræ Congr. Conc. juſſu Urb VIII. ædita de celeb. Miſſ §. 1. ead. Sac. Cong. in reſponſ. ad primum.

12 Monitos eſſe volumus Sacerdotes omnes, qui oneribus Miſſarum obnoxii ſunt, eoſdem teneri ad omnia onera ſub quavis tenuitate eleemoſynę, nec ex ſe ad parvum numerum Miſſarum poſſunt ea onera reducere, nam talis reductio ad authoritatem Sedis Apoſtolicæ pertinet, niſi aliter in fundatione Cappellaniæ, ſeu Pii Legati fuerit diſpoſitum.

13 Sciant inſuper Eccleſiarum Rectores, & Sacerdotes omnes, qui receperunt, vel inpoſterum reci-

cipient ſtipendia quantumcumque minuta, & incongrua pro pluribus Miſſis, ſe graviter peccare, & ad reſtitutionem teneri, niſi tot Miſſas celebraverint, quot ad rationem traditæ eleemoſynæ ab eo, qui eleemoſynas tribuit, fuerint præſcriptæ.

Bulla Urb. VIII. confirmatoria d.d. Decretorum §. denique.

14 Præterea notum ſit Sacerdoti, qui Miſſam cum certa eleemoſyna celebrandam ſuſcipit, non licere ſibi committere alteri Sacerdoti celebrationem hujuſmodi Miſſæ, retenta ſibi portione dictæ eleemoſynæ ſub pœna gravis peccati, ac teneri ad reſtitutionem, etiamſi prædictus alter Sacerdos ſciat hanc diminutionem, & lætus, ac contentus vocatur.

Dicta Bulla §. 4. ſimiliter. Sac. Congreg. Conc. in Anconitana 5. Julii 1664.

15 Si verò celebrandæ ſunt hæ Miſſæ in aliqua Eccleſia, cujus Sacriſtia nullos habeat redditus, tunc poteſt relaxari aliquid eleemoſynarum receptarum prò cera, hoſtia, vino, ac ſuppellectilibus, taxandum tamen à noſtro Vicario Generali.

16 Non liceat inpoſterum quibuſcunque Eccleſię Rectoribus, & cuivis Sacerdoti ſub pœnis noſtro arbitrio &c. accipere Miſſas perpetuas, & propria auctoritate inſtrumentare, & paciſci de earum celebratione, & ſatisfactione, ſed totum negotium remittere Nobis, vel noſtro Vicario Generali debent, qui putabimus, utrùm expediens ſit tale onus recipere cum eleemoſynæ taxatione, ac in Tabellis onerum deſcriptione.

S.C.C. juſſu Urb. VIII. decret. de celebr. Miſſ. 31 Jun. 1625. §. ad hęc, & ad dub. 16. & in Cæſenat. 24. Maji 1681.

17 Meminerint quoque Sacerdotes omnes, mortaliter peccare, ſi Miſſas addictas uni Altari, vel Eccleſiæ per eoſdem celebrandas alibi proprio Marte transferant, ſive celebrent, etſi ad noſtram pervenerint notitiam, graviter eoſdem puniemus.

S.C.C. in Roman. 4. Aug. 1654. Conc. Mediol. Provinc. 4.

18 Concilio Romano Noſtri Patris SS. BENEDICTI XIII. ad tit. XV. cap. 5. inhærentes, decernimus, & mandamus, fieri in Cathedrali, Eccle-

cleſiis Collegiatis, & receptitiis noſtræ Diœceſis Anniverſarium Officium pro omnibus Epiſcopis Aprutinis aliquo die inter octavam Defunctorum, præter aliud faciendum in die obitus.

19 Demum, ordinationes alteras, quæ in Conſtitutione Synodali noſtri Prædeceſſoris Armenii Tit. 19. continentur, renovamus, & in viridi obſervantia ſub eiſdem pœnis ſiſti mandamus.

TIT. IX.

De Divinis Officiis, & Horis Canonicis.

§. 1. SI ubi fuerint duo, vel tres congregati, ibi promiſit Deus Divina cum gratia ſua aſſiſtere, quanto magis ſi plures adeſſent Eccleſiaſtici, Divino cultui dicati ſola, & ſacrati, qui precibus ſuis Cœli Januam aperire valorem habent, ideoque nobis videtur, non inæqualem debere eſſe Paſtorum vigilantiam pro concinanda Pſalmodia.

2 Servetur in recitandis officiis Kalendarium noſtrum, in quo ſi irrepſerint errores tam in Rubricis, quam in manualium, ac typographi ſcriptionibus, corrigantur quæſo charitate non ficta; noſque, ſive Vicarium noſtrum de mendis certiores faciant, ut deinceps excudi poſſit emendatior.

Conc. Agath. c. 30 Toletan. 11. c. 3. Ravennez 1. ſub Hon. IV. c. 5. Mediol. 1. S. Caroli par. 1. S. R. C. in Tarent. Cryptaliar. 3. Novemb. 1605.

3 Chorum ingrediantur Canonici noſtræ Cathedralis, & Collegiatarum Eccleſiarum, nec non Sacerdotes alii ad Chorum obligati bini bini, ſuperpellicio, bireto, & inſignibus ornati, & ſine ſtrepitu unuſquiſque locum ſuum occupet, & compoſiti in actu devoto, ac præmiſſo ſigno Sanctæ Crucis, oratione, & præambulis ad Matutinum, innuatur à Præfecto Chori, ſive à principali Dignitate, ut inchoetur per Hebdomadarium *Domine labia mea aperies*

ries in Matutino, vel *Deus in adjutorium* in Veſperis, & alternatìm voce uniſona modulentur Pſalmi: in Aſteriſco autem, ſivè in ſigno ſtellę uniuſcujuſque verſiculi fiat pauſa, tàm ad brevitèr reſpirandum, quàm ut alii, caſu cunctabundi perveniant, & cęteris jungantur. Ad *Gloria Patri* omnes caput inclinent, & adaperiant: & cum ad verſiculum, ſivè ad *Pater noſter* pervenerint omnes ſtent uſque ad Lectiones excluſivè. Summatìm dicam, ſi in Choro ſtandum eſt, omnes ſtare debent; ſi ſedendum, omnes ſedeant; ſi genuflectendum, omnes genuflectant; ſi cantandum, omnes cantent; ſi tacendum, omnes taceant. Auferatur Gręciſmus, & monſtruoſitas cum diverſitate actionum. Qui verò tenentur ad legendum, in medio Chori exeant, & non redeant ad ſtallum, niſi lectionibus completis. Verſiculi, ac Reſponſoria poſt Capitulum Horarum, ſi Feſtum fuerit duplex à duobus recitari debent, ſi verò ſimplex, vel feria ab uno tantum: *Benedicamus Domino* à duobus cantetur in medio Chori.

4 Dum in Choro divina Officia peraguntur, omnino abeant, imò arceantur Laici, qui ſi contumaces fuerint, interdicto Eccleſię plectemus. Et ſi Eccleſiaſtici hoc exequi negligant, noſque non reddant certiores, eoſdem ad quos Chori Pręfectura ſpectat, puniemus gravitèr etiam pęna Carceris. *Cap. ut Clerici de vit., & hon. Cler. S.R.C. 6. Decem. 1613.*

5 Miſſa celebretur poſt Tertiam, poſt Sextam, vel poſt Nonam, juxtà Ritus, & Rubricas, & reminiſcantur, quod in ſignum Religionis, Pietatis, ac Honorificentię erga Deum inſtituti ſunt Ritus, & cęremonię, in quibus Omnipotens Deus delectatur, & complacitior ſit adhùc.

6 Tollatur omninò abuſus legendi, & canendi Evangelium per Canonicos Subdiaconos in conſpectu Diaconorum, & Presbyterorum in Choro, at-

que generalitèr auferatur inordinatus modus ſedendi, modus loquendi, modus aliis tradendi tabaccum, modus gerendi chyrothecas, ac ſaltandi de uno loco ad alterum, confabulandi, ridendi, & forſan dormiendi. Unuſquiſque conetur vocem modulare tono diſcretè arrepto, nec recitare Officium intrà dentes, & ſubmiſſa voce, cum ità non ſatisfit Choro: ait namque Pſalmiſta, *voce mea ad Dominum clamavi*. Reminiſcantur tandèm, quod magnalia Dei, & cum Deo loquntur, qui tandiù ſtrenuitatem, & victoriam Iſraelitis benignè impertiebatur contrà Amalecitas, quamdiù Moyſes attentionem ſuam, caput *ſuum, & manus ſuas ad Cęlum tenebat elevatas*. Ajebat S. Baſilius, *lingua pſallat, mens ſenſum eorum, quę dicta ſunt, ſcrutetur, ut pſallas ſpiritu, pſallas itèm & mente. Non enim gloria Deus indiget, ſed vult, te dignum reddi, qui gloriam, & laudem promerearis*. Quod ſi neglexerint ità ſe gerere, & alitèr peragere, mandamus, tranſgreſſores punctari, & reputari non intereſſentes. Punctatores verò electi ſi neglexerint hoc adimplere, & facere, punientur arbitrio noſtro gravitèr.

Sac. Cong. Conc. in Vicentina 7. Junii 1636. Quacunq. conſuetud. non obſtan. Lib. 1. decret. pag. 361. & in Tarviſen. 23 Febr. eod. an.

Homil. in Pſal. 28.

Sac. Cong. Epiſc. Teramo 18. Aprilis 1617. S. C. C. ubi ſup.

7 Punctatores duo deſtinandi ſunt, unus à Capitulo, alter à Beneficiatis, vulgo Canonicis ſupranumerariis, & ambo jurare debeant in manibus noſtris, vel Vicarii noſtri Generalis, fidelitèr ſubire onus. Quod ſi comperiemus, rectum non adminiſtratum iri, adjungemus alios à nobis deſtinandos.

S. Pius V. Conſt. Suſceptę 10. Maji 1567. S. C. C. 17. Mart. 1619.

Meminerint hi Beneficiati non debere diſcedere à Choro nimis feſtinantèr, ſed expectandus eſt finis functionum Eccleſiaſticarum, & poſt Canonicos greſſus decenter arripere: Si verò contravenerint, punctandi ſunt, ita ac ſi nequaquam interveniſſent.

8. Quo-

8 Quolibet anno in fine menſis Auguſti libri punctorum revideantur per Deputatos, qui infrà menſem reviſionem perſolvant, & in ſcriptis ſummam luendam ſignificent, quod niſi fiat, & punctualitèr exequatur, procurabimus per alios à Nobis deputandos prædictas punctaturas revideri, atque Eccleſiæ applicari.

10 Hoc in loco Tabellam Horariam prò recitandis Divinis Officiis conſcribendam decernimus, ad opportunitatem temporis, & menſium coaptatam. Servetur inpoſterum, mandantes Sacriſtis ſub pœna trium carolenorum totiès, quotiès piis uſibus &c. ſi non pulſent campanas, & campanulam, prout de more ad Horas ſtatutas.

11 Qui verò ad Eccleſiam acceſſerint, terminato ſono campanulæ, vulgò *ſquillæ*, Chorum ingrediantur, nullo habito reſpectu ad carnem, & ſanguinem: etenim cunctando inordinaretur Eccleſia, & confuſio adeſſet, imo in hac noſtra Civitate, ubi Populi pendent ab ictibus Campanarum, ac medii diei, inverteretur ordo humanarum rerum, imò jejuniorum, in quo adeſſet offenſio Dei.

TABELLA ORARIA

SOLITA, ED ANTICA

Della Noſtra Catedrale APRUTINA,

Per convenire in Coro a recitare i Divini Officj, ed a celebrare la Meſſa Cantata.

Si deve avvertire, che dopo il ſuono delle Campane groſſe, ſuonerà la Squilla tanto al Matutino, che a Terza, ed a Veſpero: al Matutino però vi ſarà dopo un quarto di tempo per maggior commodo.

La Squilla deve ſonarſi a punto dell'ore ſtabilite, *ut infra.*

Meſi dell'Anno.

Matutino.

GENNAJO.

Dal	1. fin. 15.	hor. 15. $\frac{1}{4}$	
Da	16. fin. 31.	hor. 15.	

FEBBRAJO.

Dal	1. fin. 7.	hor. 15.	
Da	8. fin. 12.	hor. 14. $\frac{1}{4}$	
Da	13. fin. 18.	hor. 14. $\frac{1}{4}$	
Da	19. fin. 24.	hor. 14. $\frac{1}{4}$	
Da	25. fin. 28.	hor. 14.	

MARZO.

Dal	1. fin. 7.	hor. 13. $\frac{1}{4}$	
Da	8. fin. 12.	hor. 13. $\frac{1}{4}$	
Da	13. fin. 17.	hor. 13.	
Da	18. fin. 22.	hor. 12. $\frac{1}{4}$	
Da	23. fin. 28.	hor. 12. $\frac{1}{4}$	
Da	29. fin. 31.	hor. 12. $\frac{1}{4}$	

APRILE.

Da	1. fin. 4.	hor. 12.	
Da	5. fin. 9.	hor. 12. $\frac{1}{4}$	
Da	10. fin. 15.	hor. 11. $\frac{1}{4}$	
Da	16. fin. 20.	hor. 11. $\frac{1}{4}$	
Da	21. fin. 26.	hor. 11.	
Da	27. fin. 30.	hor. 10. $\frac{1}{4}$	

MAG-

Digitized by Google

MAGGIO.

Da 1. fin. 9. hor. 10. $\frac{3}{4}$
Da 10. fin. 31. hor. 10. ÷

GIUGNO.

Dal 1. fin. 30. hor. 10. $\frac{1}{4}$

LUGLIO.

Dal 1. fin. 31. hor. 10. $\frac{1}{4}$

AGOSTO.

Dal 1. fin. 12. hor. 10. ÷
Da 13. fin. 17. hor. 10. $\frac{1}{4}$
Da 18. fin. 24. hor. 11.
Da 25. fin. 31. hor. 11. $\frac{3}{4}$

SETTEMBRE.

Dal 1. fin. 4. hor. 11. ÷
Da 5. fin. 8. hor. 11. $\frac{3}{4}$
Da 9. fin. 16. hor. 12.
Da 17. fin. 20. hor. 12. ÷
Da 21. fin. 26. hor. 13.
Da 27. fin. 30. hor. 13. $\frac{1}{4}$

OTTOBRE.

Dal 1. fin. 6. hor. 13. ÷
Da 7. fin. 12. hor. 13. $\frac{3}{4}$
Da 13. fin. 18. hor. 14.
Da 19. fin. 23. hor. 14. $\frac{3}{4}$
Da 24. fin. 31. hor. 14. ÷

NOVEMBRE.

Dal 1. fin. 5. hor. 14. $\frac{3}{4}$
Da 6. fin. 30. hor. 15.

DECEMBRE.

Dal 1. fin. 31. hor. 15. $\frac{3}{4}$

Terza, e Meſſa.

GENNAJO.

Dal 1. fin. 10. hor. 17.
Da 11. fin. 20. hor. 16. $\frac{3}{4}$
Da 21. fin. 31. hor. 16. ÷

FEBBRAJO.

Dal 1. fin. 10. hor. 16. $\frac{3}{4}$
Da 11. fin. 20. hor. 16.
Da 21. fin. 28. hor. 15. $\frac{3}{4}$

MARZO.

Dal 1. fin. 10. hor. 15. ÷
Da 11. fin. 20. hor. 15.
Da 21. fin. 31. hor. 14. $\frac{3}{4}$

APRILE.

Dal 1. fin. 10. hor. 14. ÷
Da 11. fin. 20. hor. 14.
Da 21. fin. 30. hor. 13. ÷

MAGGIO.

Dal 1. fin. 10. hor. 13.
Da 11. fin. 20. hor. 12. $\frac{3}{4}$
Da 21. fin. 31. hor. 12. ÷

GIUGNO.

Dal 1. fin. 10. hor. 12. $\frac{3}{4}$
Da 11. fin. 20. hor. 12. $\frac{3}{4}$
Da 21. fin. 30. hor. 12.

Lu-

LUGLIO.

Dal 1. fin.10. hor.12.
Da 11. fin.20. hor.12. ÷
Da 21. fin.31. hor.12. ÷

AGOSTO.

Dal 1. fin.15. hor.13.
Da 16. fin.31. hor.13. ÷

SETTEMBRE.

Dal 1. fin.15. hor.14.
Da 16. fin.31. hor.14. ÷

OTTOBRE.

Dal 1. fin.10. hor.15.
Da 11. fin.20. hor.15. ÷
Da 21. fin.31. hor.16.

NOVEMBRE.

Dal 1. fin.10. hor.16. ÷
Da 11. fin.20. hor.16. ÷
Da 21. fin.30. hor.17.

DECEMBRE.

Dal 1. fin.15. hor.17. ÷
Da 16. fin.31. hor.17. ÷

Veſpero.

GENNAJO.

Dal 1. fin.31. hor.20.

FEBBRAJO.

Dal 1. fin.28. hor.20.

MARZO.

Dal 1. fin.31. hor.19. ÷

APRILE.

Dal 1. fin.30. hor.19. ÷

MAGGIO.

Dal 1. fin.31. hor.19. ÷

GIUGNO.

Dal 1. fin.30. hor.19. ÷

LUGLIO.

Dal 1. fin.31. hor.20.

AGOSTO.

Dal 1. fin.31. hor.20.

SETTEMBRE.

Dal 1. fin.30. hor.19. ÷

OTTOBRE.

Dal 1. fin.31. hor.19. ÷

NOVEMBRE.

Dal 1. fin.30. hor.20.

DECEMBRE.

Dal 1. fin.31. hor.20.

Avertino i Sacriſtani a ſonar le campane groſſe nel Veſpro mezz'ora prima della Squilla.

La Compieta in tempo Quareſimale ſi ſuoni alle ore 22.

Digitized by Google

12 Et quia experti ſumus nullas fere ordinatas cęremonias eſſe in noſtra Cathedrali, & in Collegiatis Eccleſiis, ideò mandamus, per Capitulum, & Canonicos provideri de Magiſtro Cęremoniarum ſub pęnis arbitrariis in caſu contumacię irremiſſibilitèr infligendis. Reminiſcantur cęremonias juxta Divinum pręceptum cuſtodiendas eſſe. *Reg. lib. 3. cap. 2.*

13 Cantum Gregorianum calleant omnes Eccleſiaſtici noſtri ad Chorum addicti, experti enìm ſumus non parvo animi dolore, à ſęcularibus eoſdem in aliquibus functionibus deriſos fuiſſe. Meminerint dignitates, Canonici, Presbyterique omnes, quod Reges Iſraelitę non dedignarunt antè Arcam Domini cęciniſſe; & niſi cantum addiſcant infrà ſex menſes, & cum cauſa infrà annum, plectemus omnes, & quemlibet eorum in quinque carolenis prò quolibet menſe, donèc, & quouſque cantum didicerint; ad effectum illos Magiſtro cantus ſolvendi à Nobis conducendo. Clerici verò, & alii Sacerdotes ad Chorum non obligati, niſi ipſi quoque addiſcant cantum, nunquàm ad inſerviendum Choro pervenerint, denegabimus enim iiſdem atteſtationes, atquè inſtitutiones ad Canonicatus, & Beneficia. *S. C. in Andrien. 15. Mar. 1620., & in Atrien. 29. Febr. 1664.* *Conc. Rom. BENED. XIII. tit. de Vit. & Honeſt. c. 3.*

14 Beneficiati omnes hujus Diœceſis noſtrę ad nominationem, & pręſentationem Compatronorum, nec non liberę collationis, calleant Rubricas Officii Divini, ſivè Beatę Marię Virginis, ad quę recitanda tenentur; & ſi Sacerdotes ſint, calleant etiam Rubricas Miſſalis, nam ſuper iiſdem irremiſſibilitèr per noſtros Examinatores Synodales examinabimus; & ſi rudes, àc inexpertos inveniemus, tandiù ſine poſſeſſione Beneficiorum exiſtant, quandiù ad diſcendum morabuntur. Inſuper ex diſpoſitione Triden: ſartam tectamque Eccleſiam habeant. *Can. decernimus 10. q. 1. tot. tit. de Eccleſ. ædif. Trident. ſeſſ. 21. de refor. c. 18.*

TIT.

TIT. X.

De vita, & honeſtate Clericorum.

§. 1. IN hiſce Regionibus, aliiſque quamplurimis, ubi parum doctrinę, & ingenitę nobilitatis, quaſi omnes aſſumuntur Eccleſiaſtici, ſi demùm laudabili vita, morumque honeſtate deſtituti ſint, & quęnam quęſo prerogativa erit pro reverentia, & honore captando ergà eos?

2 Novitii, & Clerici in primis quotidie de manè petant Eccleſiam, ubi adſcripti ſunt; ibiquè orent, & Miſſas audiant; imò Sacerdoti celebranti inſerviant. Die feſtivo verò omnes conveniant cum ſuperpellicio, & in functionibus Eccleſiaſticis ibi peragendis miniſtrent, & exercitentur. Quod niſi peragant, ſciant, ad ulteriores ordines non promoveri: Quapropter fidem Parochi de tali exercitio Chriſtiano, & Clericali omninò volumus exhiberi, connumerantes eam intèr alia requiſita. Parochis verò mandamus, prędictam fidem omni cum veritate inſcribere, vel ſubſcribere.

Encyclicæ Inn. XII.14.Jun.1698.

3 Subdiaconi, & Diaconi ſimilitèr ſe gerant, ut de Clericis diximus, & tàm hi, quàm illi ſingulis primis Dominicis alicujus menſis Sacramentalem Confeſſionem ſuorum peccatorum peragant, Sacramque Euchariſtiam ſument, ſinè prejudicio tamèn majorum Feſtivitatum, in quibus de more eoſdem etiam confeſſos, & communicatos volumus. Prędictas Dominicas deſtinamus ſub Spiritus Sancti afflatu, conſilioque Chriſtiano ad effectum, ut Sodalitati Sanctiſſimi Roſarii ſe faciant conſcribere, & ſic innumeras ferè prò ſe, & prò defunctis plenarias lucrabuntur Indulgentias.

Sacerdotes verò quotidiè, ſi fieri poſſit, San-

ctam

Digitized by Google

ctam Miſſam celebrent; nullatenus deficiant in omnibus diebus feſtivis: defraudare enìm Sanctiſſimę Trinitati Latrię cultum dedecet, & non debent; neque Defunctorum animabus ſuffragia certa, & opportuna ſubtrahere. Et niſi celebraverint animadvertemus, ac forſan puniemus quoque, penſatis de Jure penſandis.

Trid.ſeſſ.23.cap. 14. de refor.

5 Caveant Eccleſiaſtici noſtri Cauponas, & cellavinarias frequentare, cum Satellitibus, Nautis, & Cauponibus immiſceri, circumvagare per vicos, & plateas, per mercatos diſcurrere, publicè vendere, ſivè emere, aut negotiari, ne ſcandalum laicis Antagoniſtis afferatur: & ſi de bonis propriis contractare contingerit, domi, vel in locis privatis, aut per intermediam perſonam efficiatur, & in his ſervando Juſtitiam minimè frater circumveniatur; dedecet enìm artibus prędictis ſeſe commiſcere, & humilitatem, modeſtiam, & decorem Eccleſiaſticum non ſervare. Prętereà ſe gerant, ut Apoſtolus admonebat, *neminem dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur Miniſterium noſtrum.* Quod ſi animadvertemus, Eccleſiaſticos ità ſe deturpantes, ſcandalumque prębentes, utiquè puniemus arbitrio noſtro graviſſimè.

Conc. Mediol. 1. rub. S. Carolo cap. 26.

2. ad Corinth. cap. 6.

6 Eò magìs frequentare domos mulierum, maximè ſuſpectarum, prohibemus; Eccleſiaſtici quaſi ſignum ad ſagittam poſiti per Laicos conſpiciuntur, *& ſi Sacerdos* (juxtà divinam Scripturam) *qui eſt unctus peccaverit, faciet delinquere Populum.* Plectemus tales Eccleſiaſticos pœnis arbitrariis ad tenorem ſcandali, imò in carceres intrudemus.

Conc. Rom. ubi ſupra.

Levit. 4. ver. 3.

7 Si verò licitum ſibi faciant Eccleſiaſtici habitare cum Fœminabus, etiam ſub intuitu ſervarum, & mulierum gubernii, quę quinquaginta annos ętatis ſuę non expleverint, poſt ſecreta monita, niſi è

Conc. Rom. ut ſupra.

domo ejecerint, pręcepto Curię pœnali adjuncto, pœnis arbitrariis mulctabimus, carceribus, ſuſpenſione &c., pròut meliùs in Domino videbitur. Si fœminæ verò ſint in primo, vel ſecundo gradu affinitatis, ſeù conſanguinitatis, licitum ſit cum eis commorari.

Conc. Prov. 1. S Caroli part. 2. hoc tit.

8 Ludo alearum, & taxillarum Eccleſia ſe abſtineant ſub pœna ſuſpenſionis à Divinis; firmis inſupèr remanentibus Edictis aliàs emanatis: ſciantque irremiſſibilitèr per noſtram Curiam procedi ad pœnas, maximè contra luſores vulgò di *Baſſetta*, *Goffo*, *Gilè*, *Faraone*, *Primieraccia d'invito*, *Diavolaccio*, & in omnibus aliis Ludis *di azzardo*, *e di Reſto*. Ita Beneficia, & Eccleſiæ expoliantur, loca pia diripiuntur, ità non pauci ſurantur, ac nomen bonum amittunt.

Cap. ex lit. de vit. & honeſt. Cleric. cap. 1. nè Cler. vel Monac., Conc. Trid. cap. 11. ſeſſ. 22. de refor. can. te quidem 11. quæſt 1. BENED XIII. in Edict. appen. Conc. Rom. Cap. 1. de Fidejuſ.

9 Quia Deo militantes, nec lucrum ſectari, nec negotiis ſęcularibus irretiri decet, ideò nullum mercaturę, aut negotiationis genus per ſe, vel per alium exerceant; aliena prędia laicalia, redditus, vectigalia non conducant; nec ullā cum conductoribus communione jungantur. Publicis Univerſitatum Conciliis non interſint, nec earum negotiis ſeſe immiſceant. Tabellionatus in profanis rebus officium, Advocati, vel Procuratoris munus extrà caſus à Jure permiſſos, & ſine noſtra licentia non ſuſcipiant. Pariterque Fidejuſſiones pro Laicis non emittant, id enim prohibitum eſt in Jure.

Cap. 2. ne Cleric., vel Monac. Can. pervenit diſt. 86. cap. Cleric. officia de Vit., & Honeſt. Clem. 1. de Vit., & honeſt.

10 Non aliis Clericis vili occupatione, nec ſęcularibus perſonis, fœminabus, præcipuè in aliqua Domus gubernatione famulentur: in nullo demùm commercio, officio, aut arte ſæculari, præſertim inhoneſta, ac ſordida nullatenùs verſentur. Qui verò in aliquo ex præmiſſis deliquerit, ſe pœnis Juris, aliiſque arbitrio noſtro ſeverè puniendum ſciat.

11 Non

11 Non exeant de nocte, itaùt ſe recondant domi ad plus in prima noctis hora: & ſi ob grave negotium aliquod extrà domum exire oporteat, non incedant abſque habitu, tonſura, & lanterna cum lumine. *Qui ambulat in tenebris, offendit lucem*, dicit Dominus. Tranſgreſſores verò in carceres conjicientur, ſi Clerici ſint, ac aliis pœnis arbitrariis, juxtà caſum, & delictum, & ſi Sacerdotes, vel per Palatium noſtrum loco carceris detinebuntur, aut domi propriæ, vel aliis pœnis pecuniariis piis uſibus &c., ut tempus, vel res poſtulat.

C. Clericus diſt. 46. C. Decorem hoc ſit C. nullus de Conſec. diſt. 5.

12 Larvati maximè de tempore Baccanalium, ſeù alio habitu, quàm nigri coloris ſolito non incedant, ſub pœna ſcutorum decem piis uſibus &c., & in ſubſidium ſuſpenſionis à Divinis. Imò contrà Clericos in minoribus procedemus ad privationem Privilegiorum Clericalium. Et quia hoc tempore Baccanalium quamplurimæ fiunt colendæ, uti vocitantur, in quibus villici Miſſas celebrare faciunt pro eorum Prędeceſſoribus conſanguineis defunctis, ideò mandamus in his colendis, & in aliis quoque aliarum Feſtivitatum obſervari ſobrietatem, & vitari ludos, choreas, verba obſcena, & ſcurrilia, nec non alias actiones parum honeſtas. Quod ſi inebriati fuerint, & quæcunque ſcandala perpatraverint, carceribus intrudemus, & duplò pro delicti qualitate puniemus.

Six. V. Conſtit. 92. cum Sacroſancta 18. Joan. 1589.
C. à crapula de vit. & honeſt. can. nullus. C. quando diſt. 44.

13 Concinnatam comam, ſeù longam non nutriant, fictitiam, vulgò *perucca*, aut *cerchietti* nunquam adhibeant. Non annulos deferant, niſi ii, quibus ratione dignitatis competant; at in celebranda Miſſa omninò hi annuli deponantur ab omnibus.

Conc. Rom. tit. 16. can. 3. C. Clerici officia de vit. & hon.

14 Noſtri Eccleſiaſtici deferant collaria ligata, & ſubclauſa, non autem aperta, itaut ſubucula non

F 2 appa-

Digitized by Google

appareat, quocircà utantur etiam mozzetta nigra ad collarettum inſuta. Deferant coronas in vertice capitis, proùt ordo requirit. Non deferant veſtem ornamento ſæculari vulgò *ſente*. Veſtes extendantur ſub genua, & omninò non utantur *camiſciotto*, ſeù *ſcamiſciata*. Spiritus Eccleſiaſticus cum his rebus ſæcularibus non eluceſcit, qui mortificationem tantùm, & pomparum inducit abdicationem. Nolumus tamen Clericos noſtros veſtibus laceris, ſordeſcentibus, & abjectis, neque calceamentis ruſticorum incedentes, & comas non diſcriminatas minimè portantes, *itaut* (ait S. Ambr.) *honeſtati, & neceſſitati nihil deſit, & nihil accedat nitoris*.

15 Villarum, & Oppidorum Eccleſiaſtici ſe abſtineant à laboribus ruſticorum, glandes non percellant, animalia ad paſcua non conducant, ligna, & arbores non cædant, nec ruri frumenti manipulos colligant, aut ſimilia faciant cum dedecore Ordinis, ſub pœnis arbitrariis, etiam carcerum. Vileſcit animus, ſordeſcit Corpus, & Eccleſiæ honeſtis Miniſtris deſolantur. Laici enim ſic parvipendunt dignitatem noſtram, putantque Eccleſiaſticos nequaquàm eſſe Chriſtos Domini. Tantumodò ad deſidium, ſeù malum otium tollendum, ac ad corporis medicinalem exercitationem, permittimus ſeſe in Viridario aliquo domi propriæ contiguo exercere, circà plantas fodere, inneſta facere, & ſimilia. In horis enim honeſtæ vacationis animum Sancti quoque ità præoccupabant, & corpus alleviabant.

Cap. Clerici hoc tit. cap. 1. 23. qu. 8.

16 Eccleſiaſtici noſtri nullatenus incedant armati etiam cauſa itineris, aut venationis, abſque noſtra expreſſa licentia, quam in ſcriptis juxtà Canones concedemus, alitèr graviſſimè, maximè ſi genus armorum ſit prohibitum, arbitrio puniemus. Caveant Clerici, ſe ſordibus immiſcere ſub pœna pri-

privationis Privilegii Clericalis ipſo facto; quemadmodùm ſi per duos menſes in habitu, & tonſura non incederent, ad quem effectum volumus hanc Conſtitutionem perindè valere ac ſi contra illos Clericos ſimplices trinæ monitiones factæ, & intimatę fuiſſent. Et qui propria electione, vel noſtro mandato habitum dimiſerunt, non illum reaſſumant abſque noſtra permiſſione ſub pœna ſcutorum centum piis uſibus, carcerum formalium, arbitrio &c.

S. Con. Epiſ. in una S. Marci 3. Octobr. 1652.

17 Unuſquiſque Eccleſiaſticorum, maximè Confeſſariorum, & Parochorum libros retineat apud ſe ad vitam Eccleſiaſticam, & ad officium ſuum pertinentes, nempè *Synodum Diœceſanam*, *Thomam de Kempis de imitatione Chriſti*, *S. Petri de Alcantara meditationes*, *Ludovici Granatæ meditationes*, *medulla Buſſembaghi*, *Confeſſarium inſtructum Patris Segneri*, *Chriſtianum inſtructum ejuſdem*, *librum il Paroco all'Altare*, *Doctrinam Bellarmini*, *&* *alios hujuſmodi generis libros*, *præſertim tractatum de ſacra Lyturgia*, *ſcilicèt Joannis Baptiſtæ Scortię*, *ſeù ſaltem Patris Baldaxaris Jeſuitarum*. Etenim Sacerdotes hujus noſtræ Diœceſis ferè omnes Miſſas celebrant, & myſterium ignorant. Faxit Deus pro noſtra ſanitate, quia pro hac re tàm gravi, & neceſſaria aliquod opus dabimus. Ità ſe exerceant ſaltèm pro duabus horis in quolibet die ad Officii ſui ſegnitiem, & inertiam tollendam, & ad ſpiritus devotionem augendam, ſanctitatemque ſuam, & aliorum ſibi commendatorum adipiſcendam. Et ſi in ſancta noſtra viſitatione libros hujuſmodi, ac fructus ab eiſdem non oſtendat habere perceptos, tranſgreſſores puniemus pœnis adæquatis arbitrio, proùt in Domino videbitur.

Can. ignorantia, & ſeq. diſt. 38.

18 Denique cum Clericorum vita cæteris Fidelibus recta regula vivendi eſſe debeat, eos in Domino

no

Conc. Carth. 4. can. 15. no obſecramus, & jure noſtro monemus, ut domi ſe res ſuas religioſa diſciplina componant, & rarò per publica loca, gravique ingeſſu, oculorum, ac totius corporis modeſto modulo interiorem animi moderationem oſtendant: in Eccleſia frequentes, quique ſuo miniſterio, ac Divino cultui intenti nihil niſi Sanctum faciant, aut cogitent. Ibique morum innocentia, parum loquendi, ſatis tacendi, atque agendi prudentia. In Superiores reverentia, ac obedientia, ergà alios benignitate, inter ſe fraterno amore proſequentes cum omni humilitate, & patientia, ſupportantes invicem in charitate, imitanteſque manſuetudinem Chriſti Domini, qui cum percuteretur, non repercutiebat, cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non minabatur. Quod ſiquis Clericorum contentioſus, ſeditioſus, obtrectator, fratribus invidens, Eccleſiaſticam quietem perturbare compertus fuerit, noſtram profectò, Sacrorumque Canonum ſeveram provocaverit diſtrictionem.

19 Alias verò Sanctiones in Sacris Canonibus, in Generalibus Conciliis, vel Apoſtolicis Ordinationibus ad vitam, & honeſtatem Clericorum pertinentes, atque in Synodo noſtri Prędeceſſoris Armenii tit. 30. contentas, volumus in viridi obſervantia contrà tranſgreſſores omnes noſtrę Diœceſis.

TIT. XI.

De Sacroſanctis Eccleſiis, earum cultu, ac Immunitate.

§. 1. DOmum Dei, in qua ingredientes, & non fictè orantes juſtificati revertuntur, de excelſo Solio Altiſſimi in eorum precibus exauditi, *Paralip. lib. 2. c. 7.* om-

omnis decet Sanctitudo, decor, & cultus. Id, quod temporibus noſtris obſoletum eſt, & maximis cum lacrymis deplorabilis jactura cum hoc ſcelere, ſpiritualium, & temporalium fit bonorum. Eſt in tempeſtate noſtra, ut olim apud Machabęos videre miſeriam: *Peſſima* (verbis Scripturę utor) *& univerſis gravis eſt malorum incurſio: nàm Templum luxuria, & commeſſationibus gentium eſt plenum, & ſcortantium cum meretricibus, ſacratiſque Ædibus mulieres ſe ultrò ingerunt; ferentes intrò ea, quæ non licent. Altare etiam plenum illicitis, quæ legibus prohibentur.* Hactenus Scriptura. Nullus datus fuit caſus, in quo Chriſtus Dominus extremi Judicii, furoris ſui ſignacula tribuerit, niſi in contemptu Templi gloriæ ſuæ, quando fecit flagellum de funiculis, & ejecit ementes, & vendentes. Ne igitur ira Dei ſupèr nos acceleretur, hæc ſancienda prò exiguo captu noſtro duximus.

Macbab. lib. 2. c. 6.

2 Nemo in Eccleſia, dum Miſſarum Sacra fiunt, Divinaque Officia peraguntur, ſeù Sacra Concio habetur, deambulet, circulos habeat, prophanum negotium agat, res geſtas confabulet, à Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento averſus ſedeat, vel irreverentèr ſtet cum mulieribus comitèr, ſivè potiùs procacitèr cæremonias faciat, ſeù eaſdem ad viſendas, aùt amore proſequendas ingrediatur, ſivè expectet, vel commoretur ſub pœna excommunicationis ab Innocentio XI. inflictæ.

Decretum Innoc. XI. 1683. in edict. Vic. Urbis Carpen. b. m.

3 Nullus Altaribus, & Aquæ benedictæ Fontibus innitatur; nullus in Confeſſionalibus ſedeat, nullus cum tormentis bellicis, ſeù Sclopettis cujuſvis generis introeat ipſam Eccleſiam, more, quo ingrediuntur officinas: Eccleſia quippè Dei non eſt tractanda more caſtrorum, & corporum de guardia, ſub pœna Interdicti Eccleſiaſtici irremiſſibilitèr infli-

Conc. Aurel. 3. can. 18.

Bull. S. Pii V. cum primum.

fli-

fligenda: excipiuntur Campaneæ milites.

4 Nulla perſona cum ſarcinis, & oneribus, atque ſportis Eccleſias ingrediatur, vel per eaſdem tranſeat de una janua ad aliam. Commeſſationes, ſeù conſilia prophana quęcunque nullo unquam tempore, nèc ſub ullo prętextu conditionis hominum, in Eccleſiis, ſivè Oratoriis habeantur.

Cap. decet de imm. Eccl. S. C. Epiſc. in Neap. 21. Julii 1679.

5 Circumcirca Eccleſias longè diſtent meretrices, ludicria, ſpectacula, prophanæ cantiones, clamores, & alia hujuſmodi. Fores Eccleſiarum, occidente Sole, omninò claudantur, nec unquàm nocte reſerentur, niſi præmente neceſſitate adminiſtrandi Euchariſtiæ Sacramentum: ad Auroram verò aperiantur prò devotione Populi.

S. C. Ep. de man. Inn. XI. in Neap. 22 Jun. 1677. & 20. Sept. 1683.

6 Cathedralis noſtra in Æſtate non aperiatur in meridie, vel poſt paucas horas meridiei; experti ſumus enìm de tempore illo ingredi perſonas ſub ſpecie accipiendi auram recreantem, & ſedentes operto capite, confabulationibus parum honeſtis, riſibus, & cachinnis indebitis deſidiosè tempus atterunt, ſubſurrantes etiam, & murmurantes, vitamque æternam proculdubio amittentes, ſub pœna Sacriſtis privationis officii, & carcerum.

7 In unaquaque Eccleſia adſit vas Aquæ luſtralis ſolido lapide extructum, atque ad dexterum latus ingredientium prò unaquaque janua coaptatum. In quacumque hebdomada, ſcilicèt ad octo dies, ſcopis mundetur, lutum ex pedibus introeuntium, maximè ruſticorum ferro abradatur. Prohibemus inſupèr aſſervari in Eccleſiis tabulas, ſcalas, tigna, cæmenta, frumentum, ſal, vinum, oleum, ferrum, & quid ſimile maximè ſi contrà bandimentum ſit, ſub pœna amiſſionis dictorum bonorum piis uſibus &c. & Sacriſtis, ſeù aliis, ad quos ſpectat nitorem Eccleſiæ conſervare, ſub pœna amiſſionis officii, & Carcerum.

Machabęor. 2. cap. 6. cap. relinqui de cuſt. Euch. S. C. Imm. in Nucerina 15. Julii 1636.

8 Opus,

8 Opus, & labor erit prò obſervantia hujus Conſtitutionis in Villis, & Ruribus, atque Oppidis minus cultis: At ſciant Parochi talium locorum, quod ſi in eorum Eccleſiis aliquod incultùm, ſordidumque inveniatur, nec obſervetur quidquid ſuperiùs eſt ſancitum, eoſdem ultrò puniemus ſuſpenſione à Divinis Officiis, & pecuniariis pœnis, piis uſibus applicandis, vèl prout expediens videbitur.

9 *Altaria ſint ornata, & munita ſequentibus rebus.*

Caput Altare, & aliud Sanctiſſimi Sacramenti ſex candelabris cum parantia Florum.

Omne aliud Altare ſaltem duobus candelabris.

Carta Gloriæ cum In principio, & Lavabo.

Saltem ſex Tobaliæ adſint, ut quando tres dealbentur, aliæ illicò ſuperponantur.

Lapis parvus conſecratus, quando totum Altare non eſt lapideum conſecratum, & ſupèr hunc lapidem tela adſit incerata.

Plures adſint Paliotti ad uſum Feſtivitatum, vel ſaltem unus plurium colorum.

Pradella ſuppedanea Altaris expolita; & non rupta.

Campanula, & ſi fieri poſſit, ad cornu Epiſtolæ muro infixa.

Urceoli vitrei cum honeſta ſottocoppa.

Quod ſi Altaria his præmunita non inveniemus, utique ſuſpendemus, nè ibi ſacra fiant. Et ſi Sacriſtarum, vèl Parochorum interceſſerit culpa, in eoſdem pœnis arbitrariis animadvertemus.

10 Adſint Calices plures cum Patenis, atque ornamentis aliis pro opportunitate Eccleſiarum, ac numero Miſſarum. Cuppa Calicis ſit argentea, & benè intùs inaurata, alitèr ſuſpendemus, & forſan infringemus.

11 Plures adſint Albæ cum cingulis ſuis, ſaltem duę pro unoquoque Parocho, & ſint mundæ, ac honeſtæ, alitèr lacerabimus eaſdem, & puniemus Parocum.

12 Planetæ diverſorum colorum ſint plures pro opportunitate, & præcisè adſit Planeta nigra mortuorum cum ſuis manipulis, & ſtolis non diverſis, & alterius coloris, ſub pœnis arbitrariis. Si verò laceræ, ſivè ſuccidæ, ac incomptæ reperiantur, lacerabuntur, & Parocos puniemus arbitrariis pœnis. Quod verò ad Cappellanos alicujus Juriſpatronatus attinet, eoſdem, niſi Conſtitutiones has noſtras obſervaverint, ſuſpenſione à divinis puniemus, & fructus Beneficii, vèl Cappellaniæ pro Altaribus reparandis exequi mandabimus.

13 Cum experti fuerimus in hac noſtra Diœceſi à præpotentibus viris, vèl quadam aviditate lucrandi, & ſe magnificandi, vèl occaſione Proſcriptorum, ſive exulum, atque oſcitantia miniſtrorum Eccleſiarum, ac Beneficiatorum, res, bona quamplurima, ſcripturas, & Jura ſubrepta fuiſſe, & adhùc iniqua conſcientia occupata detineri, ideoquè pro viribus noſtris, nè deindè Eccleſias, vèl Altaria magno cum dolore ſpoliata perſpiciamus, homineſque ſub diro excommunicationis, ac Diaboli jugo deploremus, omnibus, & ſingulis Dignitatibus, Canonicis, Parochis, Sacerdotibus, Clericiſque Beneficiatis, atquè inſuper miniſtris Hoſpitalium, Societatum, ac piorum locorum quorumcunque, ſtrictè mandamus, & præcipimus, Conſtitutioni Sanctiſſimi Noſtri Patris BENEDICTI XIII., aliorumque Summorum Pontificum Conſtitutionibus inhærendo, per eoſdem confici inventaria rerum, Jurium, bonorumque omnium Eccleſiæ Cathedralis, ac aliarum Eccleſiarum, Altarium,

Conc. Rom. tit. 21. cap. 1. uſque ad 6. Clem. quia contigit de Relig. dom.

tarium, Beneficiorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, cauſarum Piarum, Piorum Legatorum, aliorumque quorumcunque locorum piorum piè extructorum, cuſtodienda, ſcilicet per unum exemplar in Archivio Apoſtolico ibi tranſmittendum, per alterum in Archivio Epiſcopali, & per tertium in Archivio cujuſcunque Eccleſiæ, vel loci pii, quæ exemplaria conficiantur ad formam traditam in appendice ejuſdem Concilii Romani. Quod decretum robur ſuum accipiat infrà ſex menſes hujus publicationis; itaùt ſi inventaria deſuper enunciata confecta non fuerint, irremiſſibilitèr procedemus ad ſubtractionem fructuum Beneficiorum quorumcunque pro conducendis Notariis, & aliis viris fide dignis, qui inventaria hujuſmodi conficere poſſint. Si verò fructus non adeſſent forſan, quia recollecti à Beneficiatis, alia bona exequemus, vel in ſubſidium ob officio, & Beneficio ſuſpendemus, donec, & quouſque &c.

14 Eccleſia quæcunque, ſivè Oratorium, Hoſpitalia, Monaſteria Regularium quoad totam clauſuram, Palatium Epiſcopi inſtar aſylorum antiquorum, divina lege, Summorumque Pontificum Conſtitutionibus, ac Sacrorum Imperatorum ſanctionibus, immunitate gaudeant, itaut confugientes in iiſdem, extrahi ab humana poteſtate nequaquàm poſſint, niſi ſint delicta excepta in Conſtitutione Gregorii XIV. ac in alia confirmatoria Regnatis Pontificis BENEDICTI XIII.

Can. Epiſcopus diſt. 41. Can. id conſtituimus 17. qu. 4. arg. l. quiſquis C. ad l. Jul. Majeſt.

Cum alias ædit. 28. Junii 1595.

15 Itaque nullum ſibi Jus ſæcularis Poteſtas vindicet, extrahere confugiatos ab Eccleſiis, etiam quoad criminoſos exceptos, ni priùs per nos, ſivè per Vicarium noſtrum Generalem declaratum fuerit, eoſdem Eccleſiaſtica Immunitate gaudere non debere.

Ead. Conſt. Greg. XIV., & BENEDICT. XIII l. præſenti C. de his qui ad Ecc. conf.

S. C. Imm. in Sorana 14. April. 1694. , in Neap. 10. Nov. 1667., & alibi.

16 Si eveniat per delinquentes accipi confugium Eccleſiarum, haud permittimus, eoſdem in Eccleſiis eſſe armatos. Similitèr, confugio ſi iidem abutantur, Ludis ſcilicèt, commeſſationibus, fœminarum congreſſu, & ſimilibus, mandamus, ſtatim expelli, & in ſubſidium excommunicationis pœnā dictos perſequemur.

Sac.Cong.Ep.15. Novemb. 1616., & alibi.

17 Sub eadem quoque pœna excommunicationis non præſumant Poteſtates laicales, auferre quæcunque bona in Eccleſiis invecta, aut perquiſitiones quaſcunque, nec non delictum in genere capere, vel viſum, & repertum in, & ſuper cadaveribus in Eccleſia illatis facere, inconſulta Sacra Congregatione, & Summo Pontifice.

TIT. XII.

De Immunitate, & Libertate Eccleſiaſtica quoad Eccleſiaſticos.

§. 1. IN Eccleſiaſticas Perſonas, eorumque bona, quæcunque illa ſint, Judices, & Poteſtates Sæculares nullam obtinent Juriſdictionem, ideoque anathemate Papæ reſervata tranſgreſſores feriuntur.

2 Gabellis, vectigalibus, & quibuſcunque Fiſcalibus oneribus Eccleſiaſtici non ſunt gravati, neque gravandi. Ideoque Miniſtri Sæculares omnes, nec directè, nec indirectè à noſtris Eccleſiaſticis eadem onera, ſivè contributiones exigere valeant, & ſi ſecus auſi fuerint, ſciant, illico majori excommunicatione eſſe innodatos, à qua abſolvi nequeunt, niſi per Summum Pontificem.

Synod. Armeni. tit. 31. Sac. Cong. Immunit. in Ter-

3. Ex Sacrarum Congregationum Epiſ., & Regul., & Immunitatis Eccleſiaſticæ multiplicibus decretis, & Literis encyclicis cauſæ damni illati per

Ec-

Eccleſiaſticos ſivè eorum animalia in bonis quibuſcunque in noſtra dumtaxat Epiſcopali Curia conficiantur; declarantes, Judices laicales non eſſe competentes, ſub pœna excommunicationis contrà alitèr præſumentes. Etenìm ſi per leges Imperiales Patroni Beſtiarum damnificantium tenentur ad noxam, ſivè damnum, quis non videt, Eccleſiaſticos animalium Patronos coràm Eccleſiaſtico Judice conveniri debere?

racenen. 6. Novembris, approb. à Sanctiſſimo 6. Decemb. 1627. in Oſtunen. 8. Martii 1667.

Leg. ſi quadrupes ff. eod. tit. atq. tot. tit. ff. ad l. Aquileam.

4 Si ordinetur per Magiſtratos, & Poteſtates laicales revelatio frumenti prò annona, ſegetum, vini &c. Eccleſiaſtici noſtri de eiſdem Fructibus in eorum prædiis patrimonialibus recollectis, non penes dictos Magiſtratus, ſed in noſtra Cancellaria juratas notulas porrigere debent. Noſtrum enìm erit Magiſtratus prædictos, & quoſcunque miniſtros comitèr, & fidelitèr de hac re facere certiores.

Nicol. in floſ. verb. Cler. n. 29. ubi Sac. Cong. 19. Junii 1592.

5 Sciant preterea Miniſtri ſeculares, & quicunque executores talium Miniſtrorum, nullam ſibi ineſſe juriſdictionem accedendi ſupèr bonis Eccleſiaſticis, & menſæ noſtræ Epiſcopalis ad effectum exequendi bona: Quod ſi acceſſerint, feriemus anathemate.

6 Et Eccleſiaſtici caveant, colluſivè cum ſuis conſanguineis, vel aliis Perſonis conficere contractus & donationes in fraudem datiorum, & collectarum Regi, & Imperatori noſtro (quem Deus ad multos annos conſervet incolumem), aliiſque perſonis de Jure debitarum, & ſolvendorum: atque ſciant, quod ſi evenerit, ut fieri ſolutio, & executio debeat contra laicos communionem habentes de aliqua re, cum Eccleſiaſticis, putabimus tunc, an decretum familiæ erciſcundæ, ſeu dividendi bona expectandum ſit: Etenìm intercedente colluſione, Eccleſiaſticis mandabimus, aſſignari illicò bona libera pro executione.

7 Cæ-

7 Cætera ſancita per noſtrum Anteceſſorem Epiſcopum Armenium, & per alios etiàm Prædeceſſores in Edictis, & Ordinationibus ad Eccleſiaſticam libertatem, & Immunitatem pertinentia volumus, remanere proùt in viridi firmamus obſervantia.

TIT. XIII.

De Baptiſmo.

§. 1. CAput omnium Sacramentorum Baptiſmus eſt, Janua Paradiſi, Regeneratio ad Chriſtum Dominum, ſine qua nulla adeſt juſtificatio, nulla veteris hominis reparatio: Relicta differentia inter Baptiſmum Fluminis, Flaminis, & Sanguinis, agemus tantummodo de Baptiſmo Fluminis.

2 Simplex aqua hujus Sacramenti eſt materia, ſed in caſu neceſſitatis; & in tali caſu omnis Vir, omnis Fœmina, à quibus ritè, & rectè profertur forma in Rituali Romano deſcripta, miniſter erit, tali tamèn graduationis diſcrimine adhibito, ut ſi adſit Sacerdos, omnibus præferatur: Diaconus præfertur Subdiacono: Subdiaconus Clerico in minoribus duntaxat conſtituto. Hic Clericus Viris, Viri Fœminabus, Fœminæ honeſtæ inhoneſtis. Miniſter ordinarius verò Parochus eſt.

3 At quando Sacramentum ſit in Eccleſia, aqua debet eſſe de illa benedicta in Sabbato Sancto cum oleis Sacris permixta, nec alitèr fiat à Parochis, niſi conſumata fuiſſet, nam tunc altera fieri de novo debet. Aqua verò illa benedicta conſervari debet in Vaſe lapideo, proùt moris eſt in locis populatis; alibi omni decenti modo aſſervetur, & in primis ſit bene clauſa, ne muſcæ, vel aliæ exporcitiæ in ipſa dila-

S.Cyprian. Epiſt. 70. S. Leo Epiſt. 4 ad Epiſc. Sicil. c. 3. & 4.

dilabentur. Nam ſic conſpurcaretur, & putrefieret. Adſit Baptiſterium ſera ferrea bene clauſum, cum aliqua figura S. Joannis Baptiſtæ, & inibi aſſervetur Oleum Sanctum Cathecumenorum in vaſe argenteo, ſivè ſtamneo mundo, non foris uncto, & benè clauſo. Similitèr intùs Baptiſterium adſit aliqua Stola candida,& violacea prò opportunitate, nec non linteamen album etiam prò opportunitate ipſa. Itidèm aſſervetur & liber, in quo deſcribendi ſunt Baptizati cum nominibus, & cognominibus Genitorum, & Patrinorum illicò poſt Baptiſmum collatum, proùt forma, & tenor Ritualis Romani indícit. Quod ſi hæ res non comparentur, nec earum à Parochis nulla ratio habebitur, pœnis ſcutorum viginti quinque piis uſibus &c.& in ſubſidium ſuſpenſionis, vel privationis officii & beneficii punientur. Vellem, Deo adjuvante, pœnitùs evellere hoc lacrymabile peccatum, & iniquum abuſum Diabolo inſtitutore in hac noſtra Diœceſi ſuper his irreptum.

4 Domi non adminiſtretur hoc Sacramentum abſque noſtra licentia: Etſi in Eccleſia aliquis alius Sacerdos delegetur, volumus per Parochum ſemper ſuam præſtari adſiſtentiam, ne error fiat in adminiſtratione, & ut ſemper Parochus reddere nobis ſtrictam rationem cogatur: Ultrà tres dies non differatur Baptiſmum benevalentibus infantibus, qui ſi à nativitate comperiantur parum ſani, ſtatim à Parochis baptizentur, ſub pœnis arbitrariis.

5 Nulli Parochorum, Curatorum, ſive Cappellanorum liceat concedi ſal in vigilia Epiphaniæ Domini, ſive aliis in temporibus ad uſum Baptiſmi benedictum, quia comperimus eodem abuti in ſortilegiis, & incantationibus, etſi aliquem huic noſtro decreto contravenientem reperiemus, pœna viginti quin- *S. Carol. in inſtruct. Bapt.*

ti quin-

ti quinque ducatorum piis uſibus mulctabimus, & complicem ſortilegii reputabimus.

TIT. XIV.

De Chriſmatis Sacramento.

§. 1. Hoc Sacramento quiſque Baptizatus fit Chriſti Athleta contrà diabolicos incurſus in Fide Catholica ad præliandum.

2 Confirmandi de vi, & virtute Sacramenti hujus à Parochis inſtruantur, antequam coràm nobis accedant, moneanturque, non eſſe confirmandos, niſi poſt infantilis ætatis ſeptennium, & antea quoque ſi nobis rationis uſum in ipſis prævalere viſum fuerit.

3 Confeſſiones Sacramentales priùs emittant, etſi pubes, ſeu in ætate Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum recipiendi exiſtant, idem dignè ſumant.

4 Parochi verò tenentur iiſdem Confirmandis, & unicuique eorum tradere ſchedulam idoneitatis Confeſſionis Sacramentalis, & Communionis, nec non ætatis, manu eorundem brevitèr ſcriptam, & ſubſcriptam, nobis contemporaneè exhibendam, vigore cujus tales confirmabimus.

5 Cancellarii noſtri erunt Scriptores de confirmatis omnibus, & librum Regiſtri ad hunc effectum ligatum habebunt.

6 Deſtinamus, quolibet triennio hoc Confirmationis Sacramentum Feſtivis Diebus Pentecoſtes in hac Civitate confici; ſine præjudicio tamen aliarum Feſtivitatum, ſi opus fuerit per Diœceſim, ſemper adhibitis requiſitis, ut ſuprà.

TIT.

TIT. XV.

De Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.

§. 1. PEr Baptiſmum renati, per Chriſma confirmati, & Milites Domini effecti, ſtipendium, & Cibum recipere, ac ſumere, inſuper, & ſuſtentari debent. Idcircò in Domino commonemus, ut fideles omnes ad Sacratiſſimam Menſam Dominici Corporis frequentèr accedant; & ſciant præterea pro vivis in conſpectu Domini dictum fuiſſe, *cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos*. Sacramentum hoc itaque eſt Charitatis, & unionis, ideoque Parochi ſedulò caveant, ne quoſvis indiſcriminatim ad ſacram hanc participationem Corporis Filii Dei admittant, excludentes omninò publicè excommunicatos, Concubinarios, Meretrices, Blaſphæmos, Malephicos, Uſurarios publicos, publicè criminoſos, & eos, qui in odio proximi cum ſcandalo perſeverant, nec non Conjuges unà ſimul ſinè cauſa cohabitare nolentes, niſi priùs hi omnes Pœnitentiæ cum vitæ emendatione certum dederint ſignum. Denique amentes, qui ſcilicet lucida rationis intervalla non habent, furioſos, ebrios, & ſimiles, de quibus omnibus ſigillatim nomina ad nos, vel ad Vicarium Noſtrum Generalem tranſmittere teneantur.

S. Aug. hom. 49. inter 50 S. Tho. 3. p. q. 81. Conc. Arel. 1. c. 3.

2 Qui verò in Paſchate Reſurrectionis Sacramentum hoc non ſumunt, & ſatisfacere præcepto nolunt, denunciandi ſunt apud nos, & Curiam noſtram ad effectum excommunicandi, vel Interdicto Eccleſiæ eoſdem ſubjiciendi.

Cap. omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.

3 Ad hunc finem ſtrictè Parochis mandamus, eorundem Parochiarum confici librum, vulgò *ſtatum*

Conc. Toloſ. ann. 1590. c. 5. §. 3. Mediol. 1. hoc tit.

Animarum, dictum, & impoſterum hic liber ità fiat; Per Hebdomadas duas ante Præceptum Paſchale, eant Parochi per Domos ſuæ Parochiæ, & deſcribant Caput Familiæ nomine, cognomine, & ętate circùm circà, ejuſdem Uxorem ſi habeat, nec non filios, & filias, ſervos, & ſervas, deſcriptis paritèr horum nominibus, & ætate eorum. Qui Confeſſionis, ſeu Communionis capaces non videntur; exprimant: præterea illos, & illas, qui prima vice confitentur, & ſimiliter communicari debent ſeparatim indicentur, circa quos meminerint, eoſdem inſtruendos eſſe reſpectivè ad Sacramentum recipiendum, ſive Confeſſionis ſit, ſive Communionis, ad quem finem damus penes hanc noſtram Synodum opuſcula in Appendice laudati Concilii Romani per Sanctiſſimum Papam BENEDICTUM XIII. magna cum charitate tradita.

Cit. Conc.

4 Deſcribantur abſentes, qui cum reverſi fuerint, exquirantur à Parochis de documento adimpleti Præcepti Paſchalis.

5 Sic agentes Parochi meliùs quidem ſcient, quid opus ſit eis ſuper ovibus ſuis anticipatè, ſine temporis amiſſione, non vero poſtea cum teritione temporis, & procraſtinatione Præcepti.

6 Poſt tempus ſtabilitum ad conficiendum idem Præceptum Paſchale, quod erit per totam octavam, & cum cauſa poſt alteras duas hebdomadas, tenentur Parochi denuò luſtrare eorum Parochias, & recolligere cartulas diſtributas, quæ neceſſario, & cautè diſtribuantur per manus fideles. Deindè facto computo Animarum, & concordato cum cartulis recollectis, fiat fides ad nos tranſmittenda, quæ ita cantet: *Ego NN. viſitavi meam Parochiam, in qua inveni tot animas, de quibus, quæ confeſſæ ſunt tantum, ſunt tot:* (ſimilitèr adnotando numerum) *inca-*

capa-

capaces Confeſſionis, quia Parvuli ſunt tot, (& numerum adnotet) *incapaces Communionis, quia nondum perventi ad opportunam ætatem, ſunt tot*, (& numerum exprimant,) *incapaces Confeſſionis, ſive Communionis, quia mentecapti, ſurdi, muti, furioſi &c. ſunt tot*; (deſcribendo numerum), *tot ſunt abſentes*, (& numerum ſcribant) NN. NN. (& dicant perſonas nominibus, & cognominibus ſuis) *non ſunt Communicati, quia Excommunicati ſunt, vel Concubinarii, vel quia noluerunt, ſive neglexerunt uſque adeò Præcepto Paſchali ſatisfacere, & ad fidem &c.* Ego N. N. Parochus manu propria. Si verò omnes ſatisfecerunt Præcepto Paſchali, cum non adfuerint criminoſi, ſcribat in fide ſuperpoſita hæc verba, *Deo gratias*.

7 Advertant Parochi, quod numerus Animarum in libro ſcriptarum concordare debet cum altero numero in fide ſatisfactionis Præcepti ad nos tranſmittenda, & ſi negligentes, vel non adimplentes id, quod mandavimus Parochos reperiemus, mulctabuntur in quinque aureis, piis uſibus &c., & in ſubſidium ſuſpenſionis ab officio, etſi pervicaces, & nimis incapaces fuerint, etiam Beneficii privationis.

8 Clerici, Subdiaconi, & Diaconi Præcepto ſatisfaciant in eorum Eccleſiis in feria quinta Cœnæ Domini intèr Miſſarum ſolemnia.

9 Altare Sanctiſſimi Sacramenti prò viribus ornabitur omni pompa, & decentia. Tabernaculum adſit lapideum, vel ligneum foris deauratum, in quo adſit quoque feneſtrella, & intùs domuncula cooperta ſerico panno rubro, vel albi coloris, ſubtùs adſit corporale lineum dealbatum, quod ſaltèm in menſe mutetur, & deſupèr aptandæ ſunt duo Pixides cum particulis conſecratis, ad effectum, ut una remaneat prò Fidelium adoratione, altera verò, ſi qua occurrat neceſſitas, infirmis tranſportetur.

Cuppæ Pixidum cum cooperculo benè optato ſint argenteæ intùs inauratæ. Et ſciant Parochi, Particulas illas ad octo dies commutandas eſſe.

10 Quando occurrit Sacrum Viaticum transferri, priùs viſitandus eſt infirmus, ſi Sacramentalis Confeſſionis indigeat, & paritèr ad præparandum Altarinum cum Candelabris, & luminibus accenſis, ſupèr quod extendatur Corporale, ut inibi Pixis reſideat. Caveant præterea Parochi, præcisè illi Villarum, & Oppidorum deferre Sanctum Viaticum per campeſtria ſine luminibus, & Umbella, & Campanis tactis invitent Populum ad comitandum. Quod ſi neglexerint hanc noſtram Conſtitutionem adimplere, mulctabimus tranſgreſſores in quinque ſcutis aureis, & in ſubſidium ſuſpenſionis Oſſicii &c.

TIT. XVI.

De Sacramento Pœnitentiæ.

§. 1. Secunda Tabula poſt Naufragium à SS. Patribus Sacramentum hoc vocitatur, tanquàm à Chriſto Domino inſtitutum prò hujus Mundi Oceanum valicantibus, qui arrepta prima tabula Sacramenti Baptiſmi, eandem poſt patrata ſcelera amiſerunt. Verè pius, verè miſericors Dominus, qui omnes homines, omnibus remediis traditis, vult ſalvos fieri.

2 Parochi ſæpiſſimè hujus Sacramenti efficaciam, & conditiones, quibus ritè, rectè, & ſanctè recipiendum eſt Populo, inculcent, & doceant; eleventque Fidelium mentes ad actum contritionis, illorum maximè, qui diſtinguere ſciunt, perfectiorem eſſe ergà Deum filialem amorem, quam timorem ſervilem. Et prò infantibus prima vice confitendis, ſtudeant rudimenta propria, ſivè ſit in

Qua-

Quadrageſima, ſivè altero in tempore opportuno, tradere, ad quem effectum damus in Appendice eadem illa ex charitate Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI XIII. pœnes Concilium Romanum in forma dialoghi concinnata.

3 Confeſſarii antequàm ad Confeſſionale accedant, Deo ſe commendent, atquè meminerint, debere eſſe in gratia ipſius, nec non medicos eſſe, & Judices, ad effectum inveſtigandi vulnera, medendi, & ſanandi, ac quoque ad vitam æternam perducendi ſententià abſolutionis. Incumbant libris Theologorum, & Canoniſtarum quotidie, ac mens eorum ſit addiſcendi, & ſtudendi prò Deo *quia bonæ menti occurrit Deus*. Sed, ò lacrymabilis temporis hujus conditio noſtrorum Confeſſariorum: Quis eſt hic, & laudabimus eum? Faxit Deus in noſtra tempeſtate meliores habere Miniſtros hujuſmodi, quos, cunctaſque animas pœnitentes prò nunc Charitati, & omnipotentiæ Altiſſimi commendamus.

4 Aſſidui ſint in Confeſſionalibus omnibus diebus feſtivis tàm de præcepto, quàm ex devotione, ut ſic in Domino effectos ultroneos, verecundi culpa pœnitentes non inſudent alibi reperire.

5. Qui Sacramentales Confeſſiones Fidelium utriuſque ſexus audiunt, omnes ſciant, per eoſdem non poſſe, neque debere abſolvi pœnitentes complices alicujus peccati carnalis, & homicidii, ac ſortilegii perpatrati; & Nos nùnc prò tunc quamcunque facultatem abſolvendi à prædictis reatibus, cunctis Confeſſariis præfatis, & cuilibet eorum removemus, & abdicamus.

Can. non debet c. ſi quis 30. q. 1. S. Carol. Synodi Dioc. II.

9 Pœnitentiarius verò noſter nuper à nobis ope Divina creatus in una Canonicali Prębenda ſecundo vacatura, unitis, & adjunctis aliis emolumentis ſimiliter

liter

liter vacaturis, aſſiduus ſit in ſuo Confeſſionali, & ſciat ad formam Conciliorum,& Canonum,quod ſaltèm per tres horas in ſua ſede ducere debet permanentiam; quo in loco ſedente, ipſummet diſtributiones quaſcunque lucrari, & punctaturis non affici, eſt declaratum.

7 Tàm Pœnitentiarius noſter, quàm Parochi, & Confeſſarii noſtræ Diœceſis habeant Bullam in Cœna Domini emanatam intùs Confeſſionarium in dextera parte adfixam. Ad ſiniſtram verò Tabellam Caſuum Nobis reſervatorum, ſub pœna trium carolenorum, piis uſibus &c.

Caſus Nobis reſervati cum cenſura annexa.

1 Ingreſſus in clauſura Monialium abſque noſtra licentia, etiam ſi ſit infantium, pro quibus ligantur Excommunicatione Moniales quæcunque, & alii, qui eos introducunt.

2 Dæmonum invocatio in maleficiis, & ſortilegiis, incantationes, ſuperſtitiones, ſortilegium, & maleficium, quæcunque cum pactis expreſſis, vel tacitis, atque excavatio Theſaurorum arte ſuperſtitioſa.

3 Blaſphæmiæ hæreticales cum advertentia rationis.

4 Abortus procuratio etiam fætu nondum animato.

5 Inductio, ſive tentatio ad turpia Monialium, aut ſæcularium educandarum in Monaſterio degentium, verbis, literis, internunciis, fœminabus, ſive maſculis, quæ perſonę omnes etiam cenſura ligantur.

6 Au-

Digitized by Google

6 Audacia, & impudentia viri, & mulieris impetentium Parochum ad contrahendum matrimonium, nolentium deinde vivere ſeorſim.

7 Decimarum, primitiarum, ſivè oblationum, quomodolibet vocatarum non ſolutio, aut in debita quantitate deſraudatio.

8 Compoſitio, ſcriptio, affixio infamatoriorum libellorum, nec non literarum cœcarum infamiam, & mendacia continentium.

9 Eccleſiæ pollutio.

Sunt & aliæ cenſuræ in ſacris Canonibus, Summorum Pontificum Bullis, & Conſtitutionibus, Sanctæ Sedi, & Epiſcopis reſervatæ, quas quiſquis Confeſſarius debet callere, ne ipſe, & ſui Pœnitentes in laqueum incidant Diaboli, de quibus aderit Catalogus in fine Synodi ex probato Authore.

Caſus, in quibus non eſt annexa cenſura.

1 Homicidium voluntarium præmeditatum, & deliberatum, in quo caſu comprehenduntur etiam mandantes, & conſilium dantes.

2 Beſtialitas, & Sodomia inter Viros etiam inchoata tantum.

3 Inceſtus in primo gradu affinitatis, & primo; & ſecundo gradu conſanguinitatis, necnon in cognatione ſpirituali.

4 Falſum teſtimonium in Judicio cum damno alterius famæ, vel bonorum.

5 Revelatio non facta à Notariis, vel à Parochis Teſtamentorum, ſeù Legatorum Piorum infrà duos menſes, à die piæ diſpoſitionis.

6 Retentio infantium in lecto Parentum, vel Nu-

Nutricum antè expletum annum.

7 Frequentatio Sponſorum in domibus propriis, vel alterius, antequàm contrahant matrimonium, ſi ultra duas vices ſimul reperiantur.

8 Sacerdotes, qui ſcribunt Miſſas in libro Miſſarum nondum celebratas.

9 Percuſſio Parentum.

10 Qui non reſarcierint damna Hoſpitalibus illata in expoſitione projectorum, ſi habeant in bonis.

11 Adminiſtratores locorum piorum, qui poſt annum adminiſtrationis rationem non reddiderint, ſaltem infra duos menſes ceſſati officii.

TIT. XVII.

De extrema Unctione.

§. 1. SACRAMENTUM eſt novæ Legis à Chriſto Domino inſtitutum noſtræ Eccleſiæ Catholicæ S. Jacobi ore traditum, & conceſſum ad peccata remittenda, Diabolo reſiſtendum in infirmitatibus, eaſque ſublevandas, & ſi Animæ infirmi expedierit, ſanandas.

2 Parochus eſt miniſter, aliuſque Sacerdos ex commiſſione. Caveat Parochus, ne mittat Sacerdotem imperitum, & ne utatur alio Oleo ab Epiſcopo non confecto, & benedicto, ſub pœna ſuſpenſionis Officii, & Beneficii arbitrio &c.

3 Nunquam transferatur Sacerdos cum oleo Sancto infirmorum ad conficiendum hoc Sacramentum, niſi ſuperpelliceo indutus cum Stola violacea, cum una Lampade, ſivè vulgò *Lanternone* cum accenſo lumine, Cruce, ac aſperſorio cum aqua benedicta, & Rituali Romano à Sacriſta, vel aliquo Clerico ante

ſe

ſe comitante, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio quoad Parochum, & quoad Sacerdotem ſub pœna carceris, aliiſque pœnis arbitrio &c. Id tamen ita ſolemne practicari poteſt in locis habitatis.

4 Vas Olei Sancti infirmorum ſit argenteum, vel expoliti ſtamni, & deferatur ad infirmos panno ſerico violaceo involutum, in burſa ſerica recluſum, ligaminibus ſericis paritèr violaceis ad collum pendens, ſub eiſdem pœnis.

5 Caveant Parochi, ne derelinquant infirmum eorum aſſiſtentia ægentem, imo ad formam Ritualis Romani Litanias, & Orationes devotè recitent, & Animæ commendationem uſque ad fœlicem exitum è corpore ſtrenuè peragant, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, & Beneficio, aliiſque pœnis arbitrio &c.

6 Cum multa inconvenientia ex delatione Sanctorum Oleorum oriri ſoleant, nec non ex retentione eorumdem, vel applicatione ad conficiendam Fontem Baptiſmalem, mandamus in futurum, fieri ampullas tres à quolibet Parocho argenteas, vel ſtamneas, intus quas infundantur Olea. Dictę ampullæ tres conſerventur in capſula nucea, vel alterius expoliti ligni, & capſula prędicta habeat ſeram ferream, & foris aperienda clave, claudenda autem vulgò *à molletta*, ita quod mittatur aperta ad noſtram Cathedralem pro recipiendis Oleis, quam deinde occludet Curatus ejuſdem Cathedralis, retenta clave per Parochum, à quo capſula mittitur. Inſuper Parochus habeat tria vaſcula ſimilitèr argentea, vel ſtamnea, in quibus immittatur bombaceum ad retinendum Oleum, quibus uti poſſit ad conferendum Baptiſma, & ad ferendum pro infirmis. Prædictæ ampullæ, & prædicta vaſa habeant foris deſcriptionem diſtinctivam cujuſcunque Olei.

Omnia prædicta ſerventur ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, & beneficio, arbitrio &c. aliiſque pœnis &c.

TIT. XVIII.

De Sacramento Ordinis.

§. 1. NEMINEM ex ſe aſſumi debere ad Altare, Doctrina Catholica, & Apoſtolica eſt. Hinc per impoſitionem Epiſcoporum manuum Hyerarchia Miniſtrorum Dei in terris inſtar alterius Cœleſtialis conficitur, & ordinatur. Res eſt plena timoris, agnitionis, & Sanctæ Spei, cum ad hoc cœleſte munus ordinandi ſint, Scientia, Doctrina, & probitate præditi, longè à mala ſuſpicione, imo cum aliqua certitudine vocationis Dei, ut fideis Samuel, unuſquiſque coràm Domino inveniatur.

2 Relicta quæſtione Summiſtis, Canoniſtis, atque Theologis ſuper Ordinum numero, practicè nos numeramus (præter Epiſcopatum) octo: Iſtis Miles Chriſti debet eſſe inſignitus. Sunt videlicet, prima Tonſura initium omnium Ordinum, Oſtiariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, Accolytatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotium, ſive Presbyteratus. Quiſque Ordo ſuam materiam, & formam, obtinet, atque omnes ad unum idem, hoc eſt ad Sacerdotium tendere videntur.

Pro unoquoque ordine nos plura volumus requiſita, ad effectum ſedulò conferendi eundem, eligendique ſubjectum.

Pro Novitiatu ad Ordines, ſive Prima Tonſura.

1 Fides Baptiſmi.

2 Fi-

2 Fides Confirmationis.

3 Examen Teſtium de vita, & moribus.

4 Fides Magiſtri Scholæ.

5 Fides Parochi de frequentia Doctrinæ Chriſtianæ, & Sacramentorum, ad formam Conſtitutionis hujus Synodi, Tit. de vita, & honeſtate &c.

6 Fides ejuſdem Parochi ſuper Denunciationibus deſiderii illius, qui eſt promovendus, cujus nomen, cognomen, ætas, & origo publicetur.

Ex quibus omnibus nos inſpiciemus juxta monitum Tridentini, an ſpes eluceſcat evadendi Miniſtrum, & Militem Eccleſiæ Sanctæ Dei.

Pro Minoribus Ordinibus.

1 Teſtimoniales de ſuſcepta Tonſura.

2 Fides Magiſtri Scholæ.

3 Fides ſervitii præſtiti Eccleſiæ, cui ſunt adſcripti, & de frequentatione Doctrinæ Chriſtianæ; nec non de vita, moribus, & frequenti perceptione Sacramentorum, prout ſupra.

4 Fides ætatis.

5 Fides de frequentatione Congregationis Caſuum Conſcientiarum.

6 Fides de exercitiis ſpiritualibus, ſaltem per decem dies ante peractis.

7 Fides non eſſe inquiſitum, proceſſatum, excommunicatum &c.

8 Cum in Bullis, ſive atteſtationibus de ſuſcepta prima Tonſura, ſtatim Tonſuratus alicui Eccleſiæ ſervitio deſtinatur, volumus, ubi deſtinatus fuerit, ibi in futurum permanere ad ſerviendum in Divinis, & ſine cauſa alteram non petere Eccleſiam ſub pœna carcerum.

9 Statim ac ordinatus ſit in prima Tonſura, pro-

Digitized by Google

videatur de ſuperpelliceo,& bireto: & in feſtivis diebus conveniant omnes Clerici in Eccleſia ſuperpelliceo induti ſub eiſdem pœnis. *Bonum eſt Juveni*, ait Scriptura, *ſi portaverit jugum ab adoleſcentia ſua.*

Pro Subdiaconatu.

1 Beneficium, vel Patrimonium (in caſu indigentiæ Eccleſiæ) annui redditus ſaltem ducatorum vigintiquinque, quod realiter, & pacificè poſſideatur.

2 Fides Parochi de publicatione Patrimonii intèr Miſſarum ſolemnia, & deſiderii Ordinandi, ita ut teſtificari debeat, quod impedimenta nulla fuerint adducta.

3 Teſtimoniales de ultimo Ordine minori ſuſcepto.

4 Fides ętatis.

5 Fides Parochi de vita, & moribus, de frequentatione Doctrinæ Chriſtianæ, & Sacramentorum, ut ſupra.

6 Fides de exercitiis ſpiritualibus ſaltem per decem dies peractis.

7 Fides non eſſe inquiſitum, proceſſatum, & excommunicatum.

Pro Diaconatu.

1 Fides non eſſe inquiſitum, proceſſatum, & excommunicatum.

2 Teſtimoniales de ordine Subdiaconatus jam ſuſcepto.

3 De denunciationibus factis in Eccleſia Parochiali ſuper vita, & moribus, & quod non fuerunt allata impedimenta.

4 De exercitio Subdiaconatus, & ſervitio Eccle-

ſiæ,

ſiæ, ac de vita, & moribus, de frequentatione Doctrinæ Chriſtianæ, & Sacramentorum, ut ſupra.

5 Fides de exercitiis ſpiritualibus per decem dies ante peractis.

6 Fides ætatis.

7 Fides de frequentatione Caſuum Conſcientiæ.

Pro Presbyteratu:

1 Teſtimoniales de Ordine Diaconatus ſuſcepto.

2 Fides non eſſe inquiſitum, proceſſatum, & excommunicatum.

3 Fides de frequentatione Sacramentorum, ut ſupra.

4 Fides ætatis.

5 Fides de denunciationibus in Eccleſia Parochiali peractis, & quod nòn fuerunt allata impedimenta.

6 De exercitio Ordinis Diaconatus, & ſervitio Eccleſiæ.

7 De vita,& moribus,& quod operam dederit inſtructioni puerorum quoad Doctrinam Chriſtianam.

8 Fides de frequentatione Congregationis Caſuum Conſcientiæ.

9 Fides de exercitiis ſpiritualibus ſaltem per decem dies ante peractis.

10 Si caſus evenerit, aliquem de ſupradictis Ordinandis alibi commorari, omnino volumus, per eundem exhiberi fidem Epiſcopi Ordinarii, ſive ejus Vicarii Generalis loci illius, ſuper vita, & honeſtate, & de non eſſe inquiſitum, & proceſſatum &c.

11 Quod ſi defecerint in uno de requiſitis ſupra poſitis, ſciant à nobis quoſcunque ab Ordinatione eſſe repellendos.

12 Conficiantur per Vicarium Noſtrum, & Can-

cel-

Digitized by Google

cellarios acta cujuſcunque Ordinandi, & ſub oculos noſtros legenda adducant. Noſtra enim intereſt tamquam onus Epiſcopi proprium, & nobis infixum de his omnibus providere.

13 Omnes Ordinandi Confeſſionem Sacramentalem, & Sacræ Euchariſtiæ ſuſceptionem præmittere debent, aliter ſuprà tranſgreſſorem ſtatutis temporibus Ordinationis non imponemus manus.

14 Et inſuper omnes Ordinandos examinabimus ſuper intelligentia perfecta linguæ latinæ, & ſuper Canonibus, ſive Theologia morali; talitèr ut ſi linguam latinam ignorent, irremiſſibiliter repellentur, & tantumodò ipſis facultas faciendi periculum, ſive redeundi ad examen, bis concedetur.

15 Ordinandi in Ordinibus Sacris non accedant coram nobis pro illis recipiendis, niſi in veſte talari, alitèr repellentur.

16 Clerici, Subdiaconi, & Diaconi noſtræ Civitatis ſciant, ſe convenire debere in Cathedrali omnibus Feſtivis diebus, & quando Epiſcopus peragit Pontificalia: Et niſi convenerint pœnis pecuniariis, piis uſibus &c., ſive carcerum, arbitrio irremiſſibiliter plectentur.

TIT. XIX.

De Sacramento Matrimonii.

§. 1. MAgnum eſt Matrimonii Sacramentum, *Ego autem* ait Apoſtolus, *dico in Chriſto, & in Eccleſia*, nam abſque dubio cœlibatus ſtatui Conjugatorum mirabiliter præferendus eſt.

2 Nunquam Matrimonium contrahatur abſque Eccleſiæ ſolemnitatibus ſtatutis, & Parochi alitèr conjungentes Sponſos, pœna triennalis

lis ſuſpenſionis ab officio, & Beneficio punientur.

3 Sponſi verò audactèr, & impudentèr Parochum impetentes, & de facto Matrimonium tentantes contrahere, ſtatim ſeparentur ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, ſi nolint ſeparatè vivere, nobis reſervatæ. Et nihilominus talia facinora tentantes, & convenientes in eadem domo, mulctabimus pœna pecuniaria decem ducatorum, & majoris etiam ſummæ pro qualitate delinquentium, piis uſibus &c., ad effectum tollendi hunc lacrymabilem abuſum in noſtra Diœceſi, irreligiosè, & impiè irreptum. Si verò adſit in hoc iniquo facinore Parochi aliqualis ſcientia, qui diſſentiendo, remedium non præſtiterit, pœna carceris punietur arbitrio noſtro &c., & triennalis ſuſpenſionis ab officio, & beneficio.

C. cum inbibitio de cland. deſponſ.

4 Numquam Matrimonium fiat de ſerò, vel Domi abſque noſtra expreſſa licentia: Etenim Sacramenta in Eccleſia conficiuntur, & hoc ſpecialitèr de mane, cum Benedictio Sacerdotalis inter Miſſarum Solemnia Virgini Sponſæ ſit impertienda, nec non ſacramentalitèr confiteri, & Sacra Synaxi refici. In reliquis ſervetur Ordo, & forma Ritualis Romani, alitèr à Parochis non admittantur, niſi velint à nobis arbitrariè puniri.

Conc. Prov. Mediol. 2. S. Car. tit. 1 dec. 28.

5 Priuſquam in faciem Eccleſiæ Matrimonium contrahent Sponſi, examinentur à Parochis, an ſciant Rudimenta Fidei neceſſaria, etſi rudes inveniantur, Parochi Sponſos prædictos non admittent ad contrahendum. Quod ſi in ſpretum noſtræ Conſtitutionis Matrimonio talium ignorantium aſſiſtentia prȩſtabitur, mulctabimus Parochos in viginti carolenis piis uſibus &c., aliiſque pœnis arbitrio &c.

6 Huic defectui quantum noſtra intereſt ad occurrendum, volumus, & præcipimus, per Noſtrum

Vi-

Vicarium Generalem, & Cancellarios apponi in decreto facultativo Parochis facto de aſſiſtendo ad Matrimonium, Clauſulam, ſive conditionem: *Dummodo Sponſi ſciant Fidei rudimenta*.

TIT. XX.

De Noſtra Cathedrali, & Canonicis.

§. I. HÆc eſt Domus, ex qua prodeunt bonæ Domini inſpirationes, & documenta; & lapis eſt, quo Eccleſiæ omnes hujus noſtræ Diœceſis in Sanctitate, & juſtitia ſunt ædificandæ. Caput, & Magiſtra conſtituta eſt in noſtra ditione, & jure, & meritò, ſi conſideremus tot Dignitates, & Canonicos vetuſtæ ætatis, vel Metropolis antiquitatem, & magnitudinem, vel denique tot Præſules nobilitate, Doctrina, & Sanctitate inſignes, ex quibus ſat eſt adducere unum, *Beatum Berardum Urſinum*, cujus oſſa, licet adhuc conſilio Dei, (& quis ſcit, ſi ob iniquitatem noſtram), publicæ adorationi Eccleſiæ totius non exponantur, tamen hic in pace, & beatitudine requieſcunt.

2 Dignitas, & Canonici ſe gerant tanquam lucernæ ſuper Candelabris in morum honeſtate, & Doctrina, longè abeant à viis malis, à negotiis illicitis, à curſione nundinarum, & Mercatorum, atque in eis Eccleſiaſticus Spiritus mirificè perluceſcat. In habitu Eccleſiaſtico thalari incedant ſaltem de mane, in functionibus Eccleſiaſticis de ſero, & coram nobis ad conciliandam ædificationem Populi, & benevolentiam noſtram. Non dedignamur tamen in Menſibus hyemalibus eiſdem indulgere habitum brevem in omnibus eorundem actionibus, ſi tamen functiones Eccleſiaſticæ excipiantur, in quibus omninò

ninò

Digitized by Google

ninò magna cum lætitia animi noſtri hoc totum in praxi obſervari videmus.

3 Meminerint prætereà adeſſe penes ipſos habitualem Animarum curam, & licet nominent Curatos duos de die, de nocte unum, & alterum ad campeſtria, nihilominus ipſimet quoque de Animabus in eorum pertinentiis degentibus rationem reddere coguntur. Sint & ſcientiati, ne in Confeſſionali à Populo, & a nobis abhorreantur.

4 Magis attentè incumbent in rebus Eccleſiæ vindicandis ad communem maſſam pertinentibus, quia forſan onera iiſdem annexa non explentur, & portantur. Quod ſi tranſgreſſionem hanc certiùs ſciemus, puniemus quidem pœna condigna, & Juris.

5 Et ad hunc effectum ſingulis annis, habito Feſto Sancti Antonii Abbatis, per ſuffragia ſecreta, ut evitetur tumultus, à Capitulo Officiales omnino eligantur, cui electioni omnes, & ſinguli, tanquam voluntati Dei acquieſcant. Unuſquiſque tamen conſulat conſcientiam ſuam, cum Viri digni, & ad opus idonei ſint eligendi.

C. un. de obligat. ad ration.

6 Veteres Officiales ad computa, & rationes reddendas omnino tenentur infra duos Menſes, electis in Capitulo duobus Computiſtis: Quod ſi rationes non reddiderint ſuarum adminiſtrationum infra dictum tempus, eoſdem ad alia officia obeunda inhabilitamus omnino: Quinimmò ſi Diabolo ſuadente, & ob fines privatos, iſti denuò eligantur, ex nunc pro tunc electionem caſſamus, atque nullius roburis, ac momenti eſſe declaramus.

Dicto C. un. S. C. 16. April. 1649.

7 Semel ſaltem in hebdomada, & quotiès neceſſitas occurrit, habeatur ſeſſio Capitularis ſuper negotiis, & indigentiis, & quod melius eſt ſuper Ritibus, & Eccleſiaſticis cæremoniis, convocato Ca-

S. C. Epiſ. in Adrien. 10. Martii 1597. relat. in Synod. Spinuc. tit. 20.

pitulo per Archidiaconum, & eodem deficiente, vel negligente, per antiquiorem Canonicum, efflagitante quocunque de Canonicis, imò invitato Capitulo per ſchedulam in Sacriſtia affigendam per unum, vel per duos dies ante, ſi negotium ità patiatur, verbis ſcilicet: *Cras, ſive poſtridiè erit Capitulum, accedant omnes Capitulares.*

Synod. Arimin. Emi de Via part. 4. tit. 2.

8 Sciant per Majorem de Capitulo non poſſe impediri libertatem faciendi Conſultationes, Decreta, ſeu dandi vota, prout videtur in Domino. Sciendumque pariter eſt, reſolutum fuiſſe per Sacram Congregationem Concilii in *Aprutina juris convocandi Capitulum die* 31. *Iulii, & die* 21. *Auguſti* 1694. *lib. decretorum* 44. *fol.* 408., *relat. per Eminentiſſimum Petra in Commentar. conſtit.* 1. *Leon. Magn. ſect.* 2. *num.* 54., *tom.* 1. certiorandum eſſe Epiſcopum in Convocatione Capituli.

S. C. Epiſc. 13. Mart. 1615.

Sac. Cong. Conc.

9 Si verò agendum erit in Capitulo contra aliquem de Canonicis, tunc urbaniter per Archidiaconum, vel Decanum, ſive per alium digniorem denunciandum erit illi Canonico, quod de re ſua agitur, ideoque abſtinendum erit per ipſum, & per ejus conſanguineos uſque ad tertium gradum ab illo Congreſſu pacificè, & abſque animi indignatione, ne partes veniant ad indignas altercationes, & ad turpia convicia, ac tumultus, cum ſcandalo gentium, atque Inferni lætitia.

S. C. Epiſc. Reatino 15. Jul. 1586.

10 Ad tollendam à Capitulo noſtro vexationem, & ad confirmandam unionem, ſancimus, ne poſthac fiant atteſtationes, & fides pro, vel contra aliquem, niſi reportata in Capitulo petitione illius, qui fidem expoſcit, ſuper qua facta propoſitione, Canonici per vota ſecreta capitularitèr deliberent quid faciendum ſit, & ſecundum veritatem fiat, vel non fiat atteſtatio petita, nec unquam ſubſcribatur per Do-

Digitized by Google

Domos, & Plateas ſub pœna nullitatis, & falſi. Liber adſit, in quo deſcribantur propoſitiones, & reſolutiones Capitulares, electo Cancellario, qui munus ſuum fidelitèr exerceat.

11 Reducatur Archivium Capituli ad formam magis opportunam, ut in decreto noſtræ viſitationis, pro conſervandis libris, ac ſcripturis ejuſdem. Et cum nobis nunciatum fuerit illud munitum alias fuiſſe tribus ſeris ferreis, tribuſque clavibus, mandamus ita impoſterum deberi claudi, aſſervante clavem unam Archidiacono, ſecunda ſit pœnes Camerarium Capituli, tertia verò pœnes Eccleſiæ Œconomum, ſuper hoc uſurpare poſſumus Domini dictum in Evangelio: *Qui cuſtodierit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet.*

12 Sat diximus in titulo de Divinis Officiis circà Chorum, & punctaturas, nec non in titulo de celebratione Miſſarum circa Tabellas onerum, & libros ſatisfactionum omnino conficiendos. Remanet dicendum, quod cum in noſtra Cathedrali quamplurima Beneficia, & Œconomiæ reperiantur erectæ, Miſſarum oneribus cuilibet Altari infixis; ideo mandamus omninò ſatisfieri ad formam prædictorum onerum, ſub pœna arbitrio &c.

13 Et ad tollendam confuſionem, ac magnum abuſum circa Miſſarum celebrationem, cum accepimus, Miſſas ad ſex, & octo, ac quandoque ad plus contemporaneè exire de Sacriſtia, & deindè horas plures vacare Miſſis, non ſine amiſſione devotionis, & ædificationis ergà Sacerdotes, & Eccleſiarum Regimen, potiſſimè, quia in hac Metropoli gentes, & Populi Terrarum, Villarum, & Civitatum totius Provinciæ, ob Regiam Audientiam, & ob quamplurimas nundinas, ac mercata concurrunt, & confluunt, mandamus Sacriſtis, & om-

Digitized by Google

omnibus, quibus eſt cura de Sacriſtia prædictę Cathedralis ſub pœnis arbitrio &c. etiam Carceris, ſtudio vitandi ſcandala, ad non extrahendum, niſi tres Calices pro dictis Beneficiatis & Œconomis, prout ſolitum eſt, ita tamen, ut ſi Evangelium primæ Miſſæ lectum, & enunciatum non fuerit, non exeat ſecundus Sacerdos ad Sacrum peragendum, & ſic de tertio Sacerdote, & nequaquam exeant de Sacriſtia omnes tres unanimitèr ſinè prædicto intervallo: Si verò exterus Sacerdos, vel Canonicus ad celebrandum conveniret, tunc licitum ſit quartum addere Calicem. Etſi aliquis Sacerdos audacter celebrare vellet contra formam hujuſmodi Conſtitutionis noſtræ, puniemus arbitrio &c. etiam Carceris. Nec non de tempore Concionis tam in Quadrageſima, quam in Adventu, ac aliis in feſtivitatibus cum verbum Dei fit Populo, nemo Sacerdotum audeat Sacrum peragere, ne Populus à verbo Dei avertatur, & Prædicator repleatur confuſione, ſub pœna carolenorum quinque piis uſibus &c., ac aliis pœnis arbitrio.

Eminentiſs. Urſinus hodiè BENED. XIII. in Viſitat. Apoſtol. Ciringnol. nullius.

14 Benefactoribus verò, qui Charitati inſervierunt obſequium quidem præſtare volentes, nos, qui piarum voluntatum de Jure executores ſumus, ſtrictè mandamus, Miſſam piè legatam in Aurora celebrandam, & alteram ſimilitèr piè legatam poſt complementum omnium Functionum Eccleſiaſticarum ita, & non alitèr ſatisfieri, ſub pœna quinque carolenorum piis uſibus &c. Semper, & quoties tranſgreſſores reperiemus.

15 Inſuper remanet, ut Conſtitutio fiat ſuper qualitate Canonicorum hujus noſtræ Sacræ Domus juxta *Tridentinum*: Et quia dedecet Cathedrales maximè noſtram, ubi Canonici omnes debent eſſe Presbyteri, in quibus non ſint partita, & infixa of-

Seſſ. 24. de Refor. cap. 12.

officia Subdiaconatus, & Diaconatus, habere Canonicos Clericos, qui tranſire poſſunt, refrigeſcente Spiritu Eccleſiaſtico, ad connubia, & ad ſæcularia, ideo mandamus, Canonicos noſtros una cum Portionariis, ſive Canonicis ſupranumerariis, per duas partes eorundem quorumcunque, ſaltem debere eſſe Presbyteros, reliquos verò poſſe habilitari in Sacris ordinatos, ita tamen, ut infra annum adeptor Canonicatus ad Ordinem Sacrum præſcriptum aſcendere poſſit: Niſi verò aſcendant, privabuntur Canonicatu, dummodò alitèr non fuerit cautum in fundatione.

16 Hoc in loco pauca notabimus circà præcedentiam, & ſciant Canonici à Sacra Rituum Congregatione definitum fuiſſe, Canonicum Presbyterum præcedere debere Canonico non Presbytero etiam antiquiori in Canonicatu: *In Calabicen.* 3. *Auguſti* 1617., & inſuper definitum fuit, contrarium eſſe abuſum, nec obſtare quamcunque ex adverſo conſuetudinem, *in Savonen.* 11. *Aprilis*, *&* 18. *Octobris* 1601. *in Halbinganen.* 6. *Septembris* 1603., *in Neapolitana* 23. *Martii* 1602., *Farſen.* 15. *Septembris* 1668., & alibi, quod decretum poſt duos Menſes à publicatione hujuſmodi Conſtitutionis robur ſuum accipiat ipſo jure.

Conc. Prov. Mediol 3. *act.* 1. *ver. itidem.*
Synod. Pinn. Adrien. Spinucci tit. 20. *n.* 6.

17 Inſuperque declaravit in functionibus Eccleſiaſticis, & quando Canonici parare ſe debent in Solemnitatibus, etiam illo in caſu haberi diſtinctionem, ſcilicet quod Diaconi utantur Dalmaticis, & Subdiaconi Tunicellis, ut *in Neapolitana* 23. *Martii* 1602., *& in Placentina* 19. *Maji* 1607., & ità Nos volumus in noſtra Cathedrali practicari, & obſervari. Si verò Subdiaconi, & Diaconi aſcendant ad Presbyteratus Ordinem, tunc adeſt inter Doctores quæſtio, an reacquirant antianitatis locum,

cum

cum diverſimodè Sacra Congregatio in caſibus ſancivit.

TIT. XXI.

De Eccleſiis Collegiatis, earumque Canonicis.

§. 1. IN Civitate intus Eccleſiam S. Mariæ Annunciatæ, ac intus aliam Divi Bartholomæi accepimus, duas fuiſſe erectas Collegiatas: Hodiè vix memoria extat, cum Miſſæ quædam in ſuffragium Benefactorum tantumodò celebrantur: Nihilo tamen ſeciùs collaudatur Deus in Diœceſi per tres Collegiatas, nimirum Civitellæ ad Truentum, in Terra Montorii, & in Terra Juliæ Novæ, & in qualibet una dignitas præſidet, Juliæ Novæ, & Montorii vocabulo Archipresbyteratus, Civitellæ verò Plebaniæ.

2 Quæ diximus de Divinis officiis, hoc in loco renovamus. Quæ decrevimus pro noſtris Canonicis, & Capitulo Cathedralis, ipſa quoque ſancita ſunt pro Canonicis, & Collegiatis Eccleſiis, congrua congruis aptanda.

3 At quia comperimus maximum abuſum, quod Canonici, & Eccleſiaſtici prædictæ Terræ Julię Novæ, & forſan Montorii quoque ſacris Concionibus, maximè Quadrageſimalis temporis in unum non conveniant in propriis ſcamnis ſedentes, etſi conveniant parum decenter aſſiſtunt; ideo præſenti decreto mandamus, per Dignitates, & Canonicos prædictos præſtari aſſiſtentiam aſſociatim omninò cum Coctis, & ſignis propriis unoquoque proprio in loco ſedente ſuper ſcamnis coaptatis, non autem ſediis particularibus, ſemper in capite Archipresby-

ſbytero ſedente, & bonum exemplum prętante. Locus, in quo ſcamna coaptari debent ſit in faciem Concionatoris, vel ſupra gradus Altaris Majoris, in quo habetur proſpectus Pulpiti, quem locum, cum dicatur Sancta Sanctorum nulli ſæcularium, quacunque dignitate fulgenti, licitum ſit occupare ſub pœna Interdicti Eccleſiaſtici. Canonici verò, & Dignitates prædictæ, ſi huic noſtro decreto parere negligant, pœna quinque ducatorum piis uſibus &c., & in ſubſidium ſuſpenſionis à Divinis eoſdem, & quemcunque prædictorum mulctabimus, & puniemus.

4 Archipresbyteri, & Canonici prædictarum Collegiatarum in Divinis Officiis, & Miſſa cantata ſemper conveniant cum ſuperpelliceis, & ſignis propriis, niſi ſit tempus ad vacandum, prout de jure. Quod ſi obtemperare non curaverint, mandamus per Punctatores electos, punctari, qui prout diximus de noſtra Cathedrali, in manibus noſtris, vel Vicarii Foranei in qualibet electione jurare debent de fidelitèr agendo. Etſi punctaturæ parvæ ita ſint, vel nullæ, itaut parvipendatur Chorus, mandamus provideri, & puniri, prout de Jure, quacunque mala conſuetudine in contrarium non obſtante.

Trid. ſeſſ. 21. de refor. cap. 3. & ſeſſ. 23. de Refor. cap. 1.

5 Clerici omnes, Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri ad prędictas Eccleſias Collegiatas adſcripti, omnibus Feſtivitatibus, nec non aliis Feſtis, in quibus Populi concurſus adeſt, ad Miſſas Cantatas, & ad Divina Officia, ac ad Eccleſię inſerviendum reſpectivè accedere omnino tenentur ſub pœna Carceris, aliiſque arbitrio &c. Et meminerint, Eccleſiam eſſe Domum Orationis, ita per ipſos tractetur, & per alios tractari faciant, expellentes indignos, proſpicientes, ne ſuper altari pilei, ſive

pal-

pallia, & ſimilia depoſitentur, arcentes è Confeſſionalibus laicos ſeſſores, ſeparantes à Mulieribus Viros, omnemque decorem in omnibus Eccleſiæ debitum ſervare facientes, ad quod peragendum omnes Eccleſiaſtici, ut ſupra, & Dignitates quoque tenentur, & coguntur.

TIT. XXII.

De Parochis.

§. 1. SUas quaſcunque Eccleſias Parochi regere, & gubernare tenentur, nitoremque Altarium conſervare; aliis non tradant claves ſervandas de nocte, & de die, ſed ſemper tanquam Janitores, & Cuſtodes penes ſe, eorumque Cappellanos tantum habeant.

2 Non vagentur per Nundinas, Oppida, & Civitates, & ſciant per Summum Pontificem, & Patrem noſtrum inculcatum ipſiſmet fuiſſe, minimè poſſe diſcedere ultra duos dies à propria Parochia, niſi prius obtenta licentia ab Epiſcopo in ſcriptis. Quod ſi diſcedant per ſubtractionem fructuum Parochialium mulctemus, & in contumaciæ perſeverantia à Divinis irremiſſibiliter ſuſpendemus.

Conc. Rom. BENED. XIII. tit. 17. cap. 6.

3 Per ſeipſos exerceatur cura Animarum, quia ad ipſos pertinet: Quod ſi Cappellanis confiſi quantumvis idoneis, defectus, & delicta in cura comperiemus, Parochos puniemus omninò pro gravitate defectus, & Cappellanus impunis non ibit.

4 Si deceſſerint moribundi abſque Sacramentis ab Eccleſia ordinatis, defectu Parochi, vel Cappellani, puniemus eoſdem in pœna privationis officii, & beneficii, & carcerum, aliiſque pœnis arbitrio &c.

5 Si

5 Si tranſtulerint accedere ad Sacramentandum vocati, & nos ſciemus illicò non iviſſe, quamquam non deceſſerint infirmi, mulctabimus pœna triginta carolenorum piis uſibus &c.

6 Per ſeipſos baptizare tenentur,& caractheribus propriis ſcribere baptiſma collatum formula in Rituali Romano contenta; ſicuti etiàm tenentur ſcribere matrimonia, quæ abſque noſtra licentia nunquam ſunt celebranda, itemque ſcribant quos ex hac vita migrarunt eadem formula prædicta: Ad quem effectum conficiant cartâ albâ tres libros,membrana coopertos, unus ſcilicet prò Baptizatis, alter prò Mortuis, & tertius prò Matrimoniis deſcribendis inſerviat. Si verò his libris Parochi neglexerint ſe providere, vel non uſi fecerint formula, pròut in Rituali Romano, mulctabuntur pœna decem ducatorum piis uſibus &c., aliiſque pœnis prò qualitate negligentiæ, & contumaciæ, arbitrio &c.

7 Fontem Baptiſmalem omni cum decore, & nitore conſervent ſera ferrea, & clave occluſum; ſimiliterque clauſum ſeparatè teneant in feneſtrella decenter intus ornata, & clauſa foris *Oleum infirmorum* cum inſcriptione ità denotante; & ſi non benè ſervatum reperiemus, pœna quinque ducatorum piis uſibus mulctabimus, & ſi irreligioſitatem majorem tàm in fonte Baptiſmali, quàm in Oleis Sanctis inveniemus, etiàm ab officio, & Beneficio Parochos, vel ſuſpendemus, vel privabimus prout de jure.

8 Si per Parochiam occurrent ſcandala, omni conatu, & charitate à Parochis auferantur; ex officio enim tenentur corrigere concubinarios, meretrices, ebrios, blaſphemos, & ſimiles perſonas, quæ niſi corrigantur, & noſtra indigeant charitate, animadverſione, ſivè correctione privata, vel pu-

blica, & nolint Parochi ob aliquem finem, & effe-ctum Vicarios noſtros certiores facere, colloquantur cum nobis, vel epiſtolas quæſo mittant ad nos, & providebimus.

9 Cum primum in eorum Parochiis obvenerint mulieres alterius regionis, ſtatìm occurrent, & ſe informent de qualitatibus illarum mulierum, ac ſuper iiſdem invigilent: Si verò habitaverint una ſimùl viri, & mulieres advenæ, ſtatimàc pervenerint expoſtulent, àn Conjuges ſint, & àn ſecum habeant atteſtationem Matrimonii in faciem Eccleſiæ contracti, quam ſi non oſtendant, non patiantur Parochi prædictos Viros, & mulieres inſimul cohabitare, certiorentque Vicarios foraneos, ſi extrà Civitatem caſus evenerit, ſi verò intrà Civitatem, & diſtrictum, præcipimus, ab eiſdem nos, vel Vicarium noſtrum Generalem monitos fieri. Quemadmodum nec ſufferant, fratres dormire cum ſororibus, conſanguineoſque maſculos ſimilitèr adultos, vel puberes dormire cum fœminabus conſanguineis: Suadeant ſeparationem, corrigant, increpent, & ſi opus ſit, nos certiores faciant.

10 Sunt & alia per hanc noſtram Synodum in diverſa ſede pro Parochis ſancita, ad quæ obſervanda ipſi tenentur. Obſervent quæſo, cum mihi moleſtum ſit contrà eoſdem extendere manus. Recogitent, quod ex manibus eorum Deus fortis animas ſibi ſubjectas, & deperditas rigoroſè exquiret. Sint ſobrii, non vagent per domos in feſtinis, & æpulis, ſint caſti, nequè per domos affinium ſpiritualium, ſivè temporalium confabulationes ſtruant, & conficiant. Sint & ab omni ſuſpicione avaritiæ immunes; turpe enim eſt ſuſpicari de mala contrectatione ſuper Sacramentis. Sint denique mites, & animi docibiles, ne avertatur humilis Parochianus

S. Gregor hom 11. ſuper Ezechiel: Can. Epheſiis diſt. 42. C. conſentire. diſt. 83. S. Aug. ſerm. 18. de ver. Domini S. Bern. in Evan. Ecce nos.

con-

confuſus, & ab adminiſtratione Sacramentorum abhorreat, atque ab eorundem expoſtulatione detinetur.

TIT. XXIII.

De Vicariis Foraneis.

§. 1. OCuli noſtri, & manus noſtræ ſunt Vicarii Foranei in eorum ditionibus, in quibus cum præſentiam noſtram præſtare minimè poſſumus, ideoque ipſi proſpicere, & peragere in noſtro debent adjumento.

2 Invigilent ſuper Parochiis, & ſuper Eccleſiaſticis omnibus ſuæ juriſdictionis. Arceant ſcandala, Templa reviſent, atque omnibus Deo placitis provideant. Super his peragendis meminerint, quod opus ſit eis bonis moribus ſe eſſe imbutos: ipſi quoque ſunt ſanalia in candelabris, quod ſi prudentia, ſcientia, & caſtitate luceant hominibus, porro hi non ambulabunt in obſcuro, correctioni acquieſcent, Juſtitiæ non recalcitrabunt.

3 Super delictis, & Cauſis criminalibus, querelam tantum recipere à partibus poſſunt, nec non delictum in genere in caſu fortuito dilationem non patientibus accipere, & formare, & deindè documenta, quærelas tranſmittere, expectantes reſponſa, & ulteriorem commiſſionem. In Civilibus verò infrà triginta carolenos Cauſas inſtruant, & conficiant. In Cauſis verò ſervitutis cognitionem nobis, vel Noſtro Vicario Generali relinquant.

4 Semel in omni bimeſtre ſuam ditionem peragrare tenentur, ut cominùs videant abuſus, & ſuum officium Populis adminiſtrent. Semel etiam in bimeſtre omnes Vicarii Foranei coram nobis, vel Vicario Noſtro Generali ſe præſentari tenentur in die

Sabbati ad Veſperas, vel ad referendum indigentias pro noſtra Diœceſi, vel ad accipiendas Commiſſiones noſtras: Inſtituimus enim ex nunc hanc Congregationem Vicariorum inſtar Diœceſum benè ordinatarum, ex eo quia comperimus magnos fructus ex hac Congregatione ortos eſſe, & magnis laboribus facilitèr occurriſſe. Accedant inquam in omni bimeſtre, etſi velint aliquos ex Parochis quoque conducere ſecum, melius facient: Quod ſi aliquis neglexerit, loco ſuo alterum inſtallabimus, & ejus opera nunquam utemur.

5 Deindè præcipimus, & mandamus, ſuper locis piis invigilare ſemper, & quandocunque, ne quercus, & arbores incidantur, ne inſtrumenta venditionis, vel cenſus conficiantur, ne bona diſtrahentur; ad quem effectum iiſdem Vicariis Foraneis poteſtatem facimus cum omnibus noſtris facultatibus revidendi computa, & liberatoria, ac ſignificatoria, decreta quæcunque conficere in omni anno Adminiſtratoribus quibuſcunque, tam Sodalitatum, quam Montium frumentorum, Cappellarum, Hoſpitalium, Eccleſiarum, Legatorum piorum, & quarumcunque cauſarum piarum, electis Ratiocinatoribus, ſive Computiſtis, qui infra Menſem, & cum cauſa infra duos Menſes computa expediant, & exhibeant ipſis Vicariis Foraneis, qui Vicarii ſuper expedito negotio Nos, vel noſtrum Vicarium Generalem certiores faciant, etſi fuerint negligentes in hoc præcipuo opere, & in hac Diœceſi maximè neceſſario, privabuntur officio, deque negligentia nobis pœnas rigorosè perſolvent.

6 Super frumento omnino præſtent vigilantias ſuas, itaut nulli liceat concedere alicui, vel ſibi accipere quantitatem aliquam ipſius, ſine prævia obligatione penès acta ſæcularia, ſi ſæcalares ſint, ſi Ec-

ſi Eccleſiaſtici, vel Vaſſalli noſtri, pœnes ipſos Vicarios, ſive in noſtra Cancellaria, prout commodiùs. Tempore meſſis omninò reſtituatur frumentum, ad effectum, ut tempore hyemali illius loci Pauperibus denuò diſtribuatur ſub eadem obligatione, & hujus negotii conficiatur liber.

7 Sunt & alia decreta in hac noſtra Synodo emanata, ſuper quibus Vicariorum noſtrorum operâ indigemus; non defraudent nos quæſo expectatione eorum. Denique generalitèr loquendo invigilent ſuper Sponſis, & eorum Matrimonia effectiva accelerent, omnique conatu decreta noſtra Synodalia in executionem mandent, atque mandari procurent.

8 De obitu ſecuto alicujus Parochi, vel Beneficiati nos certiores facere tenentur, appoſita die, & hora. Nec non in faciem loci illicò vadant, ibique diligentiſſimè bonorum Eccleſiæ, vel Beneficii conficiant Inventarium ad nos tranſmittendum.

TIT. XXIV.

De Seminariis Puerorum.

§. 1. SEMINA Sanctitatis, germina Virtutum, & novellæ Plantationes pro Vinea Domini hoc in loco ſeruntur, plantantur, aluntur, quamobrem Seminarii ſortitum eſt nomen. Sed (eheu nos miſeros), quia, cum poſt quinquaginta, & tres annos, qui jam excurrunt à tempore, quo bonæ memoriæ Epiſcopus Armenius Prædeceſſor noſter inſtitutionem hujus confecerit, adhuc non inſpiciuntur, niſi arida terra, vel virgulata infructifera, & quod pejus eſt, quo maximo mærore conficior, video me in providentia deluſum, in prudentia deriſum, in ex-

exhortationibus non proſperatum, in opem quęrendo non adjutum, Cœlumque denique, ut ita dicam, irritatum. Utinam placaretur Deus Optimus Maximus, & Dæmonum artificia infringeret, atque diſſiparet.

2 Magiſter unus, neſcio an avaritia ipſiuſmet, ſive invidia, & perſecutione aliorum, abiit, erupit. Jam de Menſe Julio proximè elapſo advenit alter, & interim in abſentia ſarctam tectam, reaptatam voluimus domum. Jam Alumni adventare incipiunt, jam aliquis Convictor ibidem moram trahit, jam irrigavimus, remanet, ut Deus optimus incrementum præbeat.

3 In Synodo Prædeceſſoris noſtri Armenii datæ fuerunt aliquæ Regulæ pro recipiendis Alumnis, & ſuper ætate, & qualitate; unde ſuper his nihil morandum. Dedimus nos quoque Regulas, pro victu, vita ducenda, moribuſque probioribus imbuendis.

4 Quamobrem in hac noſtra Synodo tandem vitamus, ne per Œconomum Seminarii ineatur contractus locationis, venditionis, emptionis: Ne permutentur Coloni, domeſtici Famuli, ſine licentia noſtra ſub pœnis arbitrariis contra eundem, & nullitatis contractus.

5 Ludimagiſter humilitate, charitate, & patientia linguam latinam ex Donato, Gerardo Voſſio, Sanctio, & Sciopio excerptam Alumnos doceat, Cathechiſmum, Concilium Tridentinum, Epiſtolas S. Hieronymi declaret, alioſque libros ad Religionem, & Pietatem pertinentes.

6 Convictores in Seminario degentes Regulas Seminarii ad unguem obſervent, ſub pœna expulſionis, aliiſque arbitrio pro qualitate exceſſus, etiam carceris, quatenus &c.

7 Cum bona Seminarii noſtri diſtribui non debeant

beant improbis, & divitibus, & dumtaxat pro Pauperibus eroganda erunt, idcirco Pauperes præſeferentes ingenium, talentum, & bonos mores, gratis in Seminario admittentur. *Conc.Trid.ſeſſ.25 de Refor.cap.18.*

8 Sciant omnes nequaquam Militiæ Eccleſiaſticæ fore adſcribendos, & Clericos in minoribus nequaquam ad ulteriores Sacros Ordines fore promovendos, niſi per aliquot temporis ſpatium in Seminario noſtro ſpecimina dederint, & probationem fecerint de probitate morum. Et ita irremiſſibilitèr obſervetur. *Conc. Roman.*

9 Beneficia, Loca Pia huic noſtro Seminario ad formam Tridentini non contribuunt, ideoque nullum intereſſe Clericorum, & Eccleſiaſticorum concurrit, itaut ab ipſis proſpiciatur. Verum eligimus Canonicos duos nominandos, Presbyteroſque alios pro noſtris meſtruis Congregationibus ad utilitatem ipſius Seminarii. *Seſſ.23.cap.18. de Refor.*

TIT. XXV.

De Rebus Eccleſiæ non alienandis.

§. 1. ECclesiam Dei ſuper petram ædificatam, ultra ſtabilitatem ſpiritualis, & temporalis poteſtatis de fide creditam, juvat etiam firmitatem quoad Eccleſiam materialem modis omnibus roborare, & ducere in perpetuum. Hinc tractatum eſt in tot Sacris Conciliis, & Canonibus de præmiſſo Titulo.

2 In primis ſciant Beneficiati Adminiſtratores eſſe, & uſufructuarii Beneficiorum ſuorum, non verò Domini, & Patroni abſoluti, itaut non liceat eis arbores, & quercus incidere pro libito, terrenos, & prædia frugifera ultra triennium locare, Canonem *Extrav. Ambitioſæ de Reb.Ecc. non alien.*

nem remittere non percipiendum, jura, & actiones perdere, prohibitum eſt ipſis hoc facere ſub pœna excommunicationis.

3 Si contingat quaſcumque arbores incidere inutiles, ſiccas, non frugiferas, vel damnum aliis plantis inferentes, tunc Eccleſiaſtici Beneficiati, Adminiſtratores locorum piorum, Affictuarii, & alii quocunque nomine nuncupentur, non proprio marte, ſed cum licentia noſtra incidere, & ſecare debent, quam concedemus libentiſſimè cum clauſula apponenda; ut *aliæ de novo plantentur arbores*. Quod ſi huic Conſtitutioni noſtræ non obtemperaverint, puniemus tranſgreſſores pœna pecuniaria piis uſibus &c., & in ſubſidium ſuſpenſionis a Divinis &c.

4 Eò magis iiſdem prohibetur vendere, & alienare Mobilia, Stabilia, & ſe moventia abſque beneplacito noſtro, ſi ad ſummam quadraginta ducatorum aſcendant, quod concedetur parvo Proceſſulo inſtructo, *ſi in evidentem*, nuncupato, & ſi dictam ſummam ultrà tranſcendat, abſque beneplacito Apoſtolico ſub pœna in utroque latæ excommunicationis.

Cap. terulas 12. quæſt. 2. & alibi.

5 Quod intelligendum eſt etiàm contrà Adminiſtratores Eccleſiarum, Altarium, Hoſpitalium, Confraternitatum, Monaſteriorum, Conventuum, & quorumcumque locorum Piorum ſub eadem pœna excommunicationis, latæ ſententiæ.

Dict. Extravag. Ambitioſæ.

6 Sciantque omnes, nullatenus poſſe poſſeſſionem tradi de re alienata cum clauſula: *reſervato beneplacito Apoſtolico*, niſi cum effectu antè traditionem acceſſerit Beneplacitum.

Cap. Nulli de Reb. Eccl. non alien. Conſtit. Urb. VIII. humanæ.

7 Beneficiati, & Adminiſtratores prædicti, bona quæcunque Beneficiorum, locorumque Piorum, nequaquàm locent Conſanguineis ſuis, nec aliis perſo-

ſonis habentibus bona adjacentia cum bonis Eccleſiaſticis, ſub pœna nullitatis Contractus ipſo Jure, aliiſque pœnis arbitrio &c. prò modo culpæ, & doli, quatenus &c., experti enìm ſumus ab Eccleſiis, Oratoriis, & Cappellaniis ſimili locatione magnas jacturas factas fuiſſe. Si verò ad Eccleſiarum utilitatem conducat, ſimilibus perſonis prædia locare, non fiat abſque noſtra licentia inſcriptis, quia procurabimus diligentem deſcriptionem terrenorum, & Prædiorum cum ſuis confinibus in noſtra Cancellaria prò identitate omni futuro tempore conſervanda.

Conc. Mediol. cap. quæ pertinent ad Bonor. &c. Can. decenter diſt. 89. Can. indicatum ead. diſt. Conſtit. Alexan. VII. ſub dat. 13. Aprilis 1657. Suprema. Synod. Armen. tit. 26.

8 Et ad magis, magiſque his indigentiis occurrendum Eccleſiarum, Monialium, Piorumque locorum omnium, diſtrictè mandamus, per Adminiſtratores nullatenus ſtipulari contractus locationis Emphiteuſis, Venditionis, & cujuſcunque conceſſionis, niſi per manus noſtri Cancellarii, & Notarii: & quatenùs contingat altero uti Notario, exhibeant Adminiſtratores in noſtra Cancellaria exemplaria Inſtrumentorum, quę per Notarios tradi debent ſub pœna privationis Adminiſtrationum, ac aliis pœnis arbitrio &c. Hæ Scripturæ, & Inſtrumenta nec non aliæ ad Patrimonium Sacrum, vel ad Moniales ſpectantes, in Eccleſiaſtico Archivo aſſerventur.

S.C. Epiſc. in Eugub. 31. Januarii 1569.

9 Uſurpantes Clerici, ſivè Laici quacunque dignitate fulgentes ſint, Eccleſiaſtica bona, ſeù cujuſvis ſæcularis, vel regularis Beneficii, Montium frumenti, Altarium, Hoſpitalium, Oratoriorum, Piorum Legatorum, Menſæ Epiſcopalis, aliorumque Piorum locorum, & piarum Cauſarum, Juriſdictiones, Cenſus, vel Jura Feudalia, & Enphiteutica, Jura Patronatus, fructus, emolumenta, ſeù quaſcunque obventiones per ſe, vel per interpoſitas perſonas quacunque arte, vel quæſito colore, nec non

M qui-

quicunque ſubtraxerit, corruperit, combuſſerit, ſubrepſerit, vel ſimilia fieri mandaverit, aùt auxilium, conſilium, & favorem præſtiterit, tandiù excommunicatione latę ſententiæ innodentur ad formam Concilii Tridentini, donèc uſurpata omnia in integrum fuerint reſtituta, & fuerint poſſeſſores, ut ſupra, in pacifica poſſeſſione immiſſi, & repoſiti, atque abſolutionem à Romano Pontifice, ſivè ejus Sede Apoſtolica benignè obtinuerint. Et ſi inſupèr fuerint Clerici, qui prædicta mala facinora commiſerint, ultrà excommunicationem prædictam, quibuſcunque beneficiis priventur, & ad quæcunque alia obtinenda inhabiles reddantur juxtà formam prædicti Tridentini: Et ſi fuerint Patroni, vel Compatroni Eccleſiarum, Beneficiorum, vel Cappellaniarum, præter anathema, omnibus fructibus, Beneficiis, ac Juribus illicò priventur, ut per Tridentinum.

Seſſ. 22. cap. 11. de Reform.

Dicta ſeſſ. cap. 11. de Reform.

TIT. XXVI.

De Monialibus quoad Clauſuram.

§. 1. SANCTIMONIALES Roſæ ſunt intèr ſpinas, Roſæ ob Virginitatis, & Sanctitatis odorem, quo ſoli Deo placere debent, ut Sponſæ Chriſti: Intèr ſpinas, ob pœnitentias, jejunia, orationes, quibus Filiæ Dei vocantur. Hæ illæ Virgines Evangelicæ ſunt, quæ cum lampade virginitatis ſumpſerunt etiàm oleum jucunditatis, & perfectionis, nam cum Virginitatis flore, non tantum bona, ſed adhùc perfecta vita Cœleſti Sponſo per eaſdem occurri oportet, ſpinis in aureas florum coronas tranſmutatis, dicentes, *fulgite me floribus*, *quia amore langueo*; Et quia Clauſura de rebus maximis eſt, ideò in primis cuſtodienda erit. Hanc nemo

Bulla Gregorii XIII. la 36., & alibi.

mo Virorum, ac mulierum quocunque gradu, ætate, dignitate effulgens ſub excommunicatione latæ ſententiæ ſummo Pontifici reſervata, ingredi præſumat. Noſtra licentia verò in ſcriptis intrabunt Factores Monaſterii, Artiſtæ, portantes ligna, cęmenta, & alia ad Monaſterium indigentia; nec non Medici, & Chyrurgi ob neceſſitates occurrentes, ad quem effectum mandamus fieri librum, in quo omninò ſcribenda eſt licentia prædicta, quæ non concedetur, niſi ad tempus, pròut opus fuerit, & nunquàm de nocte, niſi in gravi, & urgenti neceſſitate, & niſi confectus fuerit hujuſmodi liber, & ibi licentia ſcribatur, facultas ingrediendi non conceditur.

2 Quando verò admittendi ſunt prædicti operarii, Medici &c. tùnc in Janua occurrent duę Moniales ætate provectæ, & aſſociare debent ingredientem, & non aliò conducere, niſi ad locum deſtinatum prò miniſterio ingredientis, dato priùs ſigno Campanulę, ut Religioſę vagantes per Monaſterium, vel forſan in dicto loco deſtinato ad alium uſum commorantes, recedant, & in alium locum vadant, vel in Cellulas. Meminerint Moniales, & ingredientes, quod ſi tempus teratur colloquiis ultrà id, quod opus eſt, & per Monaſterium vagetur cauſa illud inviſendi, non ſunt immunes ab excommunicatione latæ ſententiæ.

3 Nunquàm neque de die, neque de nocte operarii, Coloni, villici, & cæteri viri, quibus data eſt facultas ingrediendi, ad menſam aſſideant bibendo, & manducando, vel ſomnum capiant, & dormiant.

Cap. definimus 18. quæſt. 2. Regula S. Bened. pro Monial. car. 148.

4 Infantes, & infantulas quaſcunque ætatis etiàm modicę in clauſuram Moniales non intromittant ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, qua

S. Congr. Epiſc. Cremon. Epiſcopo 12. Feb. 1585. & Neap. 22. Mart.

Digitized by Google

1580. Innoc. XI. edic. 19. Novem. 1676.

qua pœna afficientur maximè Janitrices, talem ingreſſum non impedientes.

5 Circà Monaſteriorum parietes ſpectacula, ludos, inſtrumentorum ſonus, ſtrepitus, cæteraſque profanas actiones, quę vel Moniales offendunt, vel à Divino ſervitio diſtrahunt, omninò prohibemus ſub pœna arbitraria. Hinc nolumus circùm circà clauſuram domos locari meretricibus, vel aliis perſonis ſuſpectis, & ſcandaloſis ſub eadem pœna.

Pragm. 1. 2. 3. de Monial. tom. 2.

6 Auferatur proſpectus feneſtrarum domuum adjacentium, ne Moniales in ſancta libertate viventes ſcandalum patiantur, & toto conatu providebimus, ſi Domini Domorum negligant feneſtras prædictas occludere.

De Acceſſu ad Monaſterium Monialium.

Cap. I.

Can. in decima 18. quę 2. Inn. X. edic. 19. Novem. 1676.

§. 1. ALiàs experti ſumus, non aliundè in Monaſteria Monialium intraſſe Diabolum, niſi per collocutorium, ejuſque crates; ideoque vitamus omnibus, ſive Laicis, ſive Clericis, atque fœminabus, quæ facta, & dicta etiàm minùs honeſta Civitatis recolligunt, & deinde Sanctimonialium aures his, & ſæpè murmurationibus replent, nè ad collocutoria accedant ſine neceſſitate, & abſque noſtra licentia, excipimus tamèn in primo, & ſecundo gradu Conſanguineos.

2 Maximè verò de tempore Adventus, & Quadrageſimæ, in quibus Moniales tribulos pœnitentiæ ferunt in orationibus, & jejuniis prò metenda in poſterum ſegete conſolationum, & Paradiſi.

3 De tempore Baccanalium non audeant larvati ingredi collocutoria Monialium, etiamſi Conſangui-

gui-

Digitized by Google

guinei eſſent, & eo minùs ducere choreas, & inſtrumenta pulſare, ac canere ante januas clauſuræ Monaſteriorum. *Cap. unico de ſtat. reg. in 6.*

4 Omnibus Notariis, & Judicibus ſub pœna excommunicationis, & nullitatis contractus, vetamus ad Monaſteria acceſſum prò ſtipulando contractu; ſive conſcribenda ſcriptura cujuſcunque ſit generis, & ſpeciei abſque noſtra in ſcriptis licentia, quam libentèr, & gratis in cauſa honeſta concedemus.

5 Interdicimus colloqui cum Monialibus ante Portariam apertam omnibus Viris, & ſi Moniales huic noſtro præcepto non paruerint, aperiendo Portam, privabimus eas voce activa, & paſſiva, etiam ſi ſit Abbatiſſa, Viros autèm excommunicabimus. *S. C. Ep. Nullius Altamuræ 5. Julii 1619. Piſaur. 24. Jun. 1653.*

6 Meminerint Regulares, Sacri Concilii Tridentini declarationem, & mentem eſſe, atque fuiſſe, eoſdem peccare mortalitèr totiès, quotiès cum Monialibus abſque noſtra licentia colloqui audeant; nec non pœnam excommunicationis, & privationis vocis activæ, & paſſivæ incurrere poſſe, pròut à nobis declarari eſt facultas jure delegato. *S. C. C. in Spoleti 26. Maji 1672. Bergomen. 22. Maji 1678., & paſsim.*

7 Nullus Sacerdos regularis, ſivè ſæcularis, niſi priùs impetrata à nobis facultate, in Monialium Eccleſiis celebret Miſſas, vel alias peragat functiones Sacras: Tantumodò hoc Confeſſariis Monialium licitum eſt: ac ſi decenti cum cauſa per nos permiſſio fiat, nolumus, dictos Regulares colloqui cum Monialibus quacunque ex cauſa, etiam referendi gratias: ſi ſecùs fiat, volumus, ut omnes illas luant pœnas, ità ac ſi nullam licentiam impetraſſent. *S. C. Ep. Neap. 12. Jul. 1592.* *Conc. Turonen. cap. 19.*

8 Non aperiantur Collocutoria, & Eccleſiæ Monialium, niſi poſt Solis ortum abſque urgenti cauſa.

Me-

Cap. definimus 18. qu. 2. cap. in omnib. diſt. 81. c. in decima 23. q. 2.

Medio die claudantur, & ſi aperiri denuò contingat ad Veſperas, ſtatìm paulò ante Solis occaſum claudantur. In colloquiis permiſſis ſempèr loco coaptato adſint auſcultatrices, quæ non ſint ſurdæ, vel luſcæ, ſed ſint aptæ, & attentæ ad inſpiciendum quicquid peragitur, & ad audiendum quicquid colloquitur.

De Educandis, & Novitiis, ac aliis non Profeſſis. Cap. II.

S. C. Epiſc. in Neapol. 1. Julii 1690.

§. 1. Educandæ, & non Profeſſæ ſempèr ſub fuſci coloris modeſto habitu in Monaſteriis degant, non alterius ſæcularitatem, & pompam ſapientis, alitèr bonis moribus non inſtruerentur. *Omnis gloria ejus Filiæ Regis ab intus.*

2 Non ſint Educandæ ſeptennio minores, neque vigintiquinque annis majores, ut à Sacra Congregatione præſcribitur, ſub pœna expulſionis à Monaſterio ipſo facto.

3 Non evagentur per Cellulas Religioſarum, & multo minus pernoctent, & dormiant cum ipſis: Nolumus enim familiaritatem earundem adeò intrinſecam. Si verò Magiſtræ earum infra dicendę, vel Abbatiſſarum accedat ſuper his abuſibus conſenſus, & permiſſio, hæ voce activa, & paſſiva privabuntur.

4 Educandæ in Choro devotè cum Monialibus conveniant, & deindè etiam in loco laborerii ad civile opificium addiſcendum, ſe gerant Moniales tanquam Matres, & Magiſtræ.

Sac. Cong. Epiſc. in Neapolit. 1648 11. Decembris.

5 Omnino eligatur Monialis ætate provecta, bonis moribus imbuta, & idonea ad docendum, juvenileſque mores apta ad refrenandum, nominanda hæc Educandarum Magiſtra. Tollaturque omninò abuſus

ſis recipiendi Puellas educandas ſub alicujus Monialis protectione: Ex hoc namque experti ſumus uſque modo factiones, & conventicula quædam in Monaſteriis eſſe conſtructa, quorum cauſa ex Genitoribus ſunt aliqui, qui filias ſuas in Monaſterio non collocaverunt. Curam Educandarum penes Abbatiſſam, atque earum electam Magiſtram reſidere debet. Pro nunc Moniales omnes poſt octo dies a publicatione hujus Synodi noſtræ, talem Educandarum Magiſtram per vota ſecreta etiam cum acceſſu noſtro, ſi ipſis libuerit, eligere teneantur; quam electionem, & nos confirmabimus. Deindè verò cum recens fiat Abbatiſſa, contemporaneè talis Magiſtra etiam eligatur, cujus munus erit docere Educandas, ut vitam ſpiritualem in futurum capeſſere poſſint, nempè ut legere ſciant Breviarium, Officiumque Divinum ordinent, nec non, ut calleant ſpirituales libros aptos ad Spiritum renovandum.

Conc. Aquiſgr. an. 816. can. 23.

6 Si contigerit per Educandam aliquam habitum Religionis ſuſcipi, & in numero Novitiarum à Spiritu Sancto afflatam redigi, tunc ad melius inſpirationem ſuam comprobandam, mandamus, ſubjici ſpiritualibus exercitiis ſaltem per decem dies ante, aliter ad novitiatum eandem non admittemus. Sanctimoniales verò, unà cum Abbatiſſa capitularitèr congregatæ omnino per vota ſecreta acceſſu noſtro, vel Vicarii Generalis, prout de more, perpendant, an ſit admittenda: & caveant ſub pœna gravis peccati admittere non idoneas, morbo laborantes, inobedientes, elatas, non morigeratas, & alias hujuſmodi farinæ, de quibus non eſt ſpes futuræ Sanctitatis, & Monaſteriorum ſervitii.

Encyclicæ S. C. Ep. de mand. Inn. XI. 9. Octob. 1681. Clem. XI. 1. Febr. 1710.

Sac. Cong. relata per Monacell. form. leg. tom. 2. tit. 13. formul. 5. n. 8. & alibi.

7 Novitiæ in Jure privilegio Monialium fruuntur, ideoque par eſt, ut etiam religioſam vitam laudabilitèr ducant. Non Moniales ſolum, & Su-

pe-

periores quærunt de illis experimentum facere, verum etiam Chriſtus Dominus, cum quo in Spiritu deſponſandæ erunt. Chriſtus mitis fuit, docibilis, honeſtus, verecundus, purus, orationi deditus, probus, omnique Sanctitate præditus, ſic debent eſſe Sponſæ ſuæ.

8 Ad Chorum irremiſſibiliter conveniant cum cæteris Monialibus, & orationes perſolvant; nec non piis aliis exercitationibus devotè incumbant, atque inſimul ad opificium congregentur ſeparatè ab aliis Monialibus, aſſiſtente tantum earum Magiſtra, quam ſeparationem ſervent diuque, noctuque, ſine curſitatione per Monaſterium.

Sac. Cong. Epiſc. 12. Septemb. 1594 Synod. Farf. de Monial. cap. 33.

9 Conficienda eſſet etiam Magiſtra Novitiarum, & ita fiat, ut diximus de Magiſtra Educandarum; in benè ordinatis Monaſteriis enim hæc diſtinctio adeſt, ne coutantur inſimul Educandæ, & Novitię, quarum vitæ, & actiones debent eſſe diverſæ.

S.C. Epiſc. Neap. & Salern. 2. Jul. 1589.

10 Nunquam admittemus Novitias ad profitendum, niſi priùs per decem dies ſaltem antè exercitia ſpiritualia peregerint, juxta præſcriptum Innocentii XI. ſanctæ memoriæ: Tranſeundum eſt per eas ad ſtatum irrevocabilem, ideoque per viros doctos à nobis deſtinandos, earum conſiderationi, & reflexioni talis paſſus ſeriò eſt ſubjiciendus.

11 Et quia lacrymabilitèr videmus dotes Monialium, etiam veterum, adhuc perſolutas non fuiſſe, magno cum gravamine Monaſteriorum, ideo præcipimus, ne de cætero amplius recipiantur ad Profeſſionem, niſi perſoluta dote in pecunia numerata, de qua fiat depoſitum tempore, quo Puella recipitur ad habitum penes tutam perſonam à nobis eligendam; interdicentes ex nunc Abbatiſſæ, & Monialibus omnibus, & Miniſtris, ne ſub pœna excommunicationis aliqua dotis pars anticipatè,

S.C. Epiſc. 28. Martii 1588. S Cong Epiſc. & Regular. Epiſcopo Comer. 28. Maji 1548., & alibi.

quo-

quocunque colore recipiatur, & hoc ad effectum liberas ambas partes reddendi tam ad profitendum, quam ad Puellam recipiendam.

Trid. ſeſſ 25. de regul & Monial. cap. 16. Syn. Armen. tit. 37.

12 Quando locus vacans ſit de numero Monialium præfixarum, tunc læti ſumus de dote ſtabilita: Quando vero ſupra numerum locus eſt, tunc irremiſſibilitèr mandamus, dotem duplicari, ſervata etiam conſuetudine loci,& lege de recipiendis Puellis, Civibus, & exteris ſuper dotium quantitate.

S. Pius V. Conſtit. circa Paſtoralis Synod. Farf cap. 33.

13 Quilibet dotans tenetur impoſterum livellum, ſive vitalitium aliquod Puellæ profitenti Religioſam vitam adſignare ſecundum vires bonorum, & hereditatis, quod tamen non ſit minus ducatorum quinque, alitèr Puellæ non recipientur ad Profeſſionem, & ſi ad utilitatem Monaſterii, vel Animæ Puellæ profiteri volentis conduxerit, non fiat coactè renunciatio bonorum, quam fieri abſque noſtra licentia omnibus Notariis, & Judicibus ſub pœna excommunicationis interdicimus, etſi aliter in ſpretu fiet, nullius ſit roboris.

Synod. S. Severi.

Conc. Trid. ſeſſ. 25 cap. 16.

14 Caſus autem dari poſſet, ut aliqua Matrona, vel honeſta Vidua ingredi Monaſterium vellet, & nunc pro tunc mandamus ſervari Ordines, & præcepta ſancita pro Educandis. Subjungimus verò quod pro annualitate ſolvenda, talis ſit, qualis honeſtè concordari poteſt cum Monialibus, ſupra tamen annualitatem educandarum Puellarum: Et licitum non ſit tali ſæculari ſervas particulares habere, quemadmodum interdicimus Educandis quoque.

De Monialibus in genere.

Cap. III.

§. 1. Tenentur Moniales ad majorem perfectionem tendere ex SS. PP. conſenſu, etenim contemplativam potiùs, ideſt optimam partem cum Sancta Maria Magdalena, quam Sanctæ Marthæ activam vitam Moniales omnes elegerunt, & nihilominus in ſæcularibus negotiis ſe intromittentes adhuc ſæculo non renunciarunt; ſectantes ea, quæ ſunt Mundi.

2 In primis igitur caveant deſcendere ad crates irrationabiliter, quæ non per omnimodam colloquendi libertatem in Monaſteriis factæ ſunt, ſed tantummodo pro opportunitate providendi indigentiis. Choro incumbent Moniales, orationes frequentent, & ſpecialitèr mentales, ex quibus renovatur mens, & rectificatur Anima. Quid eſt, quod in noſtris Monaſteriis non inveniatur, & recens non exeat una Sancta Scholaſtica, una Sancta Agnes, una Sancta Clara? Mulieres illæ fuerunt, ut vos ò Moniales hodiernæ eſtis: fugerunt crates, colloquia non neceſſaria fugerunt, orationes frequentarunt, exactè Regulam obſervarunt, & propterea Sanctæ fuerunt.

3 Si occurrat neceſſitas colloquendi cum aliqua perſona, colloquiis hujuſmodi aſſiſtant Auſcultatrices, quæ tempore, quo fit Abbatiſſa, eligantur, duæ, & deindè omni anno mutentur, ut eligantur aliæ noviter, à nobis approbandæ. Et ſi nunc deſint, præcipimus, infrà octo dies eligi, & electas nos approbabimus.

4 Caveat Monialis particularis contractus facere, & in-

& inſtrumentare, atque res ſuas vendere, ſeu aliena emere ſub pœna nullitatis contractus, & privationis vocis activę, & paſſivæ: Ad Abbatiſſam enim, & ad omnes Religioſas in communi una cum particulari Moniali emere, vel vendere volenti, pertinet Contractus inire de terrenis, domibus, atque rebus pretioſis, cum aſſiſtentia inſupèr Procuratoris Monaſterii, & licentia noſtra: *Proprium, eſt excluſivum voti paupertatis.*

5 Conventicula, & factiones intèr ſe dividentes non faciant quacunque ex cauſa, ſed tantummodò unaquæque Monialis quod in Domino videbitur ſeparatim peragat tàm in acceptatione Puellarum, quàm in electione Abbatiſſarum ſub pœna privationis veli nigri, ſi velata fuerit, & inhabilitationis ad accipiendum, ſi nondum Monialis velum acceperit. Et ſi aliqua ex Monialibus ità, & talitèr ambitioſa fuerit, ut procuraverit ſe eligi in Abbatiſſam, ſciat, de Jure electionem nullam eſſe, quemadmodum ex nunc prò tunc nullam eſſe declaramus, & quatenùs opus ſit, ex nunc prò tunc Abbatiſſatu privamus.

6 Ad menſam de mane, & ad cœnam de ſero in Cœnaculo Moniales omnes conveniant, niſi aliqua ex illis infirmitate actuali verè impedita fuerit: Prohibemus enim menſas particulares ſivè prandium, & cœnulas cum aliquibus Monialium, ſempèr enim in his actionibus particularibus animorum concordia dividitur. In Monaſteriis ad Deo ſerviendum una mens, unus ſpiritus, una vita placet Deo, & Angelis ſuis.

7 Sempèr legendi ſunt Libri Spirituales in menſa, ne animus refrigeſcat operibus, & Spiritu, dum corpus epulis, & cibis vires accipit, & reficitur.

N 2 8 Eſt

Digitized by Google

8 Eſt abuſus circa votum pauperatis, quod ſcilicèt Moniales licitum credant donare, vel titulo remunerationis, ſivè gratitudinis dare Viris, & mulieribus, quod ſupereſt vini, panis, obſonii, & ſimilium, quaſi quod ſuum eſſet. Non eſt Monialium in particulari quod ſupereſt, ſed ad commune, & ad Monaſterium ſpectat; alenda eſt tantummodo Monialis, itàut nequè Pauperibus in poteſtate ſua eſt erogare ſuperfluum. Regula eſt, ut conſenſu omnium Monialium, & authoritate Abbatiſſæ fiat eleemoſyna pauperibus indigentibus de ſuperfluo alicujus Monialis.

Zacch. de Repub. Eccl. de Vot. Relig. cap. 4. n. 6.
Synod. Farfen. cap. 33. ubi declarat S. Cong. Epiſ.

9 Neque impendenda eſt omnis ſumma livelli, vel lucri alicujus honeſti laboris abſque licentia; permittimus nos impendi poſſe per quamcunque Monialium carolenos duos in quolibet bimeſtre, ſi verò impendere volunt plus, uſque ad decem carolenos, præcipimus, adeſſe licentiam Abbatiſſæ, ſivè ejus Vicariæ; ſuprà autèm decem carolenos noſtrum eſt concedere licentiam, quam cauſa cognita tribuemus.

Conc. Trid. ſeſſ. 25 cap. 2. S. C. Epiſ. de mandato Clem. VIII. in Neap. 6. Maji 1600. Synod. Arim. Emi de Via tit. 7. §. 4. Synod. Auſcul. de Gambis c. 24. n. 4. Synod. Farfen. d. c. 33.

10 Et ad huic abuſui frænum ponendum, imò potiùs ad peccata tollenda, nec non ad reparandum, ne Moniales ſint proprietariæ, & abſque pœnarum expiatione moriantur, præcipimus, ut infrà octo dies à die publicationis hujus noſtræ Synodi, deſtinetur aliquis locus, ſivè aliquod cubiculum prò depoſitandis nummis, re argentea, & aurea; Quo in cubiculo adſit capſa cum ſeris ferreis, & clavibus duabus diverſis, quarum una adſit pœnès Abbatiſſam, vel Vicariam, & altera pœnes Monialem eligendam à communi cum vocabulo Depoſitariæ, intùs quam capſam reponantur capſulæ, ſivè involutum aliquod cujuſcunque Monialis in particulari nomine ejuſdem deſuper inſcripto. Quandò verò opus

eſt,

eſt, ſummam aliquam, vel aliquod accipere, tùnc certioretur Abbatiſſa, vel Vicaria, nec non Depoſitaria, & accipiatur ad impendendum cum regula à nobis deſupèr recenſita.

11 Ad occurrendum inſupèr abuſibus, & peccatis, quæ committuntur contrà obedientiam, ſat mihi eſſet alicui Moniali inculcare humilitatem non fictam, humilis enìm non credit ſibi incongruè præceptum eſſe aliquod, non iraſcitur, non ſuperbit, ſed mandata peragit, & fideliter obedit. Bonarum Monialium non eſt ratiocinare de mandatis Abbatiſſarum, & Superiorum, ſed tantummodo eſt cæcâ obedientiâ exequi, & voluntati præcipientium animum ſuum lætantèr accommodare, alitèr meritum voti obedientiæ amittitur, & Deo in votis non ſatisfit plenariè ad Sanctitatem, & æternam gloriam.

Regula S. Bened. cap. 5.

12 Supèr his, & aliis voce dicendis cum opus advenerit, non objiciendum eſt ſpecioſum Nomen *conſuetudinis*, vel *ſoliti*, ut ſempèr vocitant Moniales: Subterfugium eſt diabolicum, quia quælibet Monialis vovet de meliori bono, quod eſt proprium voti, profeſſa fuit regulam à Sanctis hominibus datam ſine abuſu, & ſine corruptela. Diabolus deinde corrupit viam ſuam, in qua ambulare non debetis, niſi velitis profiteri Diabolum in ſuis abuſibus, & corruptelis.

13 Quolibet anno Moniales omnes exercitia ſpiritualia peragant ſub inſtructione Sacerdotis Regularis, vel Sæcularis, quem mittemus in Domino, ſaltem per decem dies, vel tempore Baccanali, vel alio magis opportuno, & omnes convenire teneantur, clauſis Collocutorii Janius.

Lit. Encycl. S. C. Epiſc. de mandato Inn. XI. 9. Octob. 1682. Clem. XI. 1. Feb. 1710.

14 Et quia à ſæculo relegatæ adhuc ſęcularia peragere volunt, & atteſtationes, & fides prò animi-

vo-

voluptate petentibus concordant, ſæpè à veritate alienas: ideò mandamus, non fieri atteſtationes, & fides quaſcunque abſque noſtra licentia in ſcriptis obtinenda, reſervantes inſuper Nobis facultatem quamlibet Monialem voce activa, & paſſiva in caſu tranſgreſſionis puniendi.

15 Quid dicam de caſtitate, & clauſura? Nihil, niſi quod in hac materia non datur parvitas materię; ſi quæ Monialis in parvo tranſgreditur, in totum tranſgreditur, & rea fit æternæ gehennæ.

16 Tandem ut occurramus frigiditati Spiritus pro temporum conditione, præcipimus, & mandamus regulariter, & ordinariè Sacramentalitèr confiteri Moniales ſaltem in menſe: Non prætermittant autem inſuper confiteri in omnibus Feſtis Jeſu Chriſti Domini Noſtri, Beatæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctorum, & Sanctarum Inſtitutorum, & Inſtitutricum Religionis ſub qua militant, nec non Sanctarum nomine cujuſque Monialis, ſub pœnis arbitrariis, quas in magna contumacia extendemus ad privationem veli, vel vocis activæ, & paſſivæ, atque ſub aliis &c.

Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 10. Clementina ne in agro §. ſanè de ſtat. Monac.

De Abbatiſſa.

Cap. IV.

§. 1. ABbatiſſa, ſi fieri poſſit, ſit major quadraginta annis, ſin minus, trigeſimo anno minor non ſit. Hæc enim poſt nos cuſtodia vigilantior eſt in ſepibus, & Turribus, quas pro concluſo Domini Sabaoth horto plantavimus, & ędificavimus.

Trid. ſeſſ. 25. de Regular., & Monial. cap. 7.

2 Claves Collocutorii, & januarum Monaſterii non penes Janitrices, ſed penes ipſam ab ipſa noctis tem-

tempore, & de meridie, aſſervari, & cuſtodiri debent.

3 Ipſa Abbatiſſa noſtra decreta in executione mandet, & mandari procuret: ita quod ſi orationes non fient, ſi Choro ad horas ſtabilitas non convenietur, ſi crates frequentabuntur, ſi abuſus non evellentur, ſi denique Spiritus Eccleſiaſticus non efflorebit, ipſa rationem Deo, & nobis de Monialium Animabus redditura erit.

4 Meminerit Abbatiſſa, non eſſe anteponendum intereſſe humanum Spiritui Divino, & Monaſterii temporalis œconomia, zelo obſervantiæ legis; *Quærite primum Regnum Dei, & omnia Mundi adjicientur vobis*. Reminiſcatur, adfuiſſe Corvum pro alimonia Sancti Benedicti, & Sanctam Claram multiplicaſſe panem, & bona in egeſtate, & deficientia ſui Monaſterii.

5 Abbatiſſa ſit prudens, Regularis diſciplinæ zelans, atque bonorum operum omnium primum exemplum; devias corrigat, negligentes incitet, ferventes in Amore Jeſu Chriſti inflammet, & velut pia Mater omnes amplectatur. Saltem ſingulis Menſibus Moniales ad Capitulum culparum congreget, & Regulæ ſæpè perlegendæ obſervantiam exhortationibus, correctionibuſque inculcet. Denique cum Divo Bernardo pro ipſis Abbatiſſis concludam: *Diſcite Subditarum Matres vos eſſe, non Dominas: Studete, magis amari, quam metui, etſi interdum ſeveritate opus eſt, materna ſit, non tyrannica, Matres fovendo, & corripiendo vos exhibeatis.* *Serm. 15. in Cant.*

De

De Monialium Confeſſario.

Cap. V.

§. 1. Directores conſcientiarum ipſi ſunt, qui diros mores mulcent, leves verò fortificant, & à quibus, ut uno verbo dicamus, conficiuntur bonæ Animæ Monialium.

2 Adſiſtat in ſuo Confeſſionali, invocata priùs ope divina, aſſiduè ſtatutis in temporibus, & quoties opus ſit, ac vocatur, non ad ratiocinandum, vel alia negotia pertractandum, ſed tantummodo Sacramentales Confeſſiones ad audiendum cum omni patientia, & charitate.

3 Si occurrat ingredi clauſuram in caſibus à Conſtitutione Alexandri VII. preſcriptis, ſuperpelliceo, & ſtola induatur, ac à duabus Monialibus ſenioribus in janua repertis aſſocietur recta via ad Monialem infirmam, quæ Sacramentari debet, rectaque via cum iiſdem Monialibus redeat extrà clauſuram, nec tenetur viſitare infirmas, quibus non ſit opus miniſtrare Sacramenta.

Bull. Alex. VII. in ordine la 153.

4 Si occurrat ipſi Confeſſario, alicujus Monialis infirmæ intùs clauſuram Sacramentalem audire Confeſſionem, ſit in proſpectu aliarum Monialium, itaut ſemper, & quandocunque, & in tali diſtantia aptetur, ut inſpici poſſit, non verò audiri: Et ſi ſit Monialis ipſa in aliqua cellula, ſive infirmaria, ſemper Januæ ſint apertæ, & proſpectui aliarum Monialium, ut diximus. Claves Ciborii, Olei infirmorum, nec non feneſtrellæ Communionis, ac Confeſſionis ex parte Eccleſiæ exterioris, ſint penès ipſum Confeſſarium, & iiſdem non utantur, niſi in caſibus propriis, & opportunis: quod ſi in prædi-

Cap. 1. de cuſt. Euchar. S.C. Ep. Valliſolet. 12. Januar. 1604.

ctis

ctis caſibus omnibus Confeſſarium tranſgreſſorem, inveniemus, pœnis arbitrariis uſque ad carcerationem puniemus.

5 Non protrahatur Confeſſio Sacramentalis ad horas nocturnas; & neceſſitati ingrediendi in clauſura occurratur de die pro Sacramentis adminiſtrandis: Nec in clauſura ſuper funerale Monialis cantetur *libera me Domine &c.* à Sacerdotibus.

6 Caveat à colloquendo cum Monialibus in collocutoriis, vel ante januam Monaſterii, & eo magis cavere debet ab edendo, bibendo, ſeu refectiunculas recipiendo, & alia ſimilia ſub eiſdem pœnis.

7 A' muneribus omnino ſe abſtineat, quia Confeſſarius omnem ſuſpicionem dependentiæ, ſive acceptionis perſonarum toto conatu auferre debet; Hæc enim ſuſpicio ruina eſt ſpiritualis incrementi.

8 Omni triennio amovebuntur Confeſſarii Monialium, nec alius in loco amoti inſtallabitur, niſi prævio examine, & approbatione obtenta.

9 Dignus eſt Operarius mercede ſua, ideoque id, quod eſt ſtabilitum per unumquodque Monaſterium, omni anno hilariter accipiat. Si verò parum eſt, quod tribuitur, non dedignamur pro tali honeſta, onerosa, & neceſſaria cauſa incrementum taxari, & cum effectu præſtari facere.

Decr. general. S. C. Epiſc. 29. Novem. 1605.

TIT. XXVII.

De Monialibus Tertiariis, vulgò Bizoche.

§. 1. REipublicæ, ſeu generalitati hæ Tertiariæ nec neceſſariæ, nec fructuoſæ ſunt: Neſcimus enim quam ducunt vitam, & an pro Deo, vel Mundo militant, ſi libertate quaſi omnimoda

Digitized by Google

per vicos, & plateas, maxime in Civitatibus magno Populo refertis, ſolæ, & ſine comite excurrunt.

2 Tolerantur, neſcio quo fato, & nos quoque toleramus. Verum non faciliter præſtabitur à nobis licentia pro veſtiendis Puellis. Quatenus verò ad noſtrum Tribunal ab illis recurrendum eſt, pro fori Privilegio, & Eccleſiaſtica fruenda Immunitate, meminerint, guarantigiatas eſſe debere omnibus requiſitis à Leone X. felicis memoriæ, & à Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium præſcriptis, & definitis.

3 Debent eſſe ætate provecta quadraginta annorum: Debent habere de proprio, nomine dotis, ut hìc mos eſt, ad effectum vivendi, & ſe alendi. Emittere votum caſtitatis debent, & ſub Regula Religionis approbatæ vivere. Ducant vitam cum Conjunctis tantum in primo gradu conſanguinitatis, quatenus contingat cum viris habitare. Quæ Mulieres hæc requiſita, & alia præſcripta ſi non habeant, nec foro Eccleſiaſtico, nec Immunitate gaudere poſſunt: Habentes verò pro conſuetudine hujus loci gaudeant, & fruantur.

Sac.Cong. Immun. pro exemp. oneris dicti delle bocche: *In una Firman. 21. Februarii 1699. in Tarant. 27. Martii 1703* quoad animalia.

4 Hujuſmodi Tertiariæ caveant portare velum, quod ſuperjectum vocant in capite, & ſimiliter non gerant pectorale, vulgò *Sottogola*, & inſuper abſtineant ſe ab illa veſte religioſa, quæ vulgò dicitur *Patienza*: Et in hoc Tertiariæ patientiam habeant, quia ipſę non ſunt Clauſtrales, quibus talia ornamenta decoroſa conceduntur.

Hieracen. 19. Feb. 1702. Hydrunt 9. Auguſti 1704. Ricc. in Synop. verb Tertiariæ ubi decr. S.C. Immun.

TIT.

TIT. XXVIII.

De Confraternitatibus:

§. 1. IN hac noſtra Diœceſi adſunt multiſſimę, ſed nulla, quam ſciam in ſuo gubernio perfecta, imo dolendum eſt, adfuiſſe in hac Civitate SS. Sacramenti ſodalitatem, quæ Doctoribus, & Nobilibus ſcatebat, modo verò deperdita eſt. Oh lacrymabilis jactura, ſi cum famulatu Dei, gratiæ, & indulgentiarum ad ſpiritualem vitam alendam amiſſę deflentur! Si ante Arcam ligneam veteris Teſtamenti Proceres Iſraelitarum, Rex, & ſignanter Propheta David lætabundus, glorianterque gradiebatur, cur non vos ò *Interamnii* laureati, & Proceres coram Deo vivente, & non ligneo, non iter agitis, & glorioſam ſervitutem non præſtatis. Arripite Saccum, congregate vos in unum, en ipſe Confrater ſum unus de vobis, plauſu una voce dicentes, *revertimur, revertimur ad te Domine, dabimus gloriam nomini tuo, & tu converſus vivifica nos, & obliviſcere negligentias noſtras, & delicta Populi tui.*

2 In altera Synodo noſtri Prædeceſſoris bonæ memoriæ Armenii tit. 33. luculenter tractatum eſt de Confraternitatibus. Hoc in loco Conſtitutionem ipſam, & decreta renovamus, & in viridi obſervantia adeſſe mandamus, & tantumodo ad renovandam memoriam hæc pauca tranſcribimus. *Synod. Armen.*

3 Quolibet anno eligatur Confrater bonæ fidei, vitæ, & famæ, & in bonis exiſtens quantum fieri poſſit, nomine Depoſitarii, apud quem, data idonea cautione, pecunia, & quidquid ex redditibus, obventionibus, & eleemoſynis conflatum fuerit, deponantur. Et meminerint Exactores, Confratreſque omnes, penes quos caſu, vel officio per- *Clement. Quia contingit de Relig. Domib.*

O 2 ventæ

ventæ fuerint pecuniæ, eleemoſynæ, & omne aliud ad Confraternitates, ſive ad frumentarios Montes ſpectans, excommunicatos eſſe ipſo facto, ſi infra ſpatium vigintiquatuor horarum prædicta bona in manibus Depoſitariorum non conſignaverint.

Synod: Armen. d. tit. 33.

4 Nemini ex Officialibus alicujus Hoſpitalis, locorumque piorum, & Confratribus cujuſcunque Sodalitatis licitum ſit conficere inſtrumentum emptionis, venditionis, vel permutationis, ſive dationis in Emphiteuſim de bonis Hoſpitalium, Sodalitatum, quorumcunque locorum piorum, abſque noſtra, vel noſtri Vicarii Generalis licentia in ſcriptis obtinenda gratis, ſub pœna Interdicti Eccleſiaſtici.

5 Conficiatur liber Magiſtralis per Priores, ſive Adminiſtratores piorum locorum, & Confraternitatum, in quo deſcribantur bona omnia, jura & actiones diſtinctè, & diligentèr, neque in illo aliquid aliud commiſceatur, cum remanere debeat ad perpetuam rei memoriam, tradendus de manu in manu ſemperque ſub clave conſervandus.

6 Deinde per quoslibet annales Officiales fiat alter liber, in quo deſcribantur expenſæ, & exitus, ſuper quibus ratio adminiſtrationis præſtari debet, & ſignanter deſcribantur partitæ frumenti impoſterum minime tradendi, niſi facta obligatione penès acta ſecularia, ſine præjudicio tamen quorumcunque noſtrorum Jurium procedendi &c. ſi ſeculares ſint, qui accipiunt, cum conſenſu, & licentia Vicarii Foranei loci: Etſi Eccleſiaſtici, vel Vaſſalli noſtri ſint, qui frumentum accipiunt, fiat obligatio penès acta noſtræ Cancellariæ, vel penès acta noſtri prædicti Vicarii Foranei, prout commodiùs ſit accipientibus. Adſit cautio, ſive fidejuſſio unà cum accipiente frumentum, & obligatio in ſolidum

etiam

Digitized by Google

etiam in forma Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ. Caveant contra hanc noſtram Conſtitutionem facere ſub pœna nullitatis contractuum, & ſolvendi de proprio.

7 Ad Proceſſiones uſque modo deſtinatas vadant, & occurrant Confratres cum ſaccis, & ſignis ſuis: Sed quia vidimus procedi inordinatos, & abſque devotione, ſtrictè mandamus hujuſmodi abuſum tolli, & bini bini cum debita diſtantia, inceſſu gravi, ſuis in locis iter agere in Proceſſionibus, ad quod omni conatu Officiales inſiſtant. Quemadmodum mandamus etiam, non veſtiri impoſterum Confratres quindecim annorum minores, tam pro aſſociandis Proceſſionibus, quam quoad aggregandum Societatibus, ſub pœna nullitatis aggregationum, & Interdicti Eccleſiaſtici quoad Priores, & Officiales.

8 Generalitèr loquendo, ſi in proſecutione Sanctæ Viſitationis, nec non alio in tempore Sodalitatem aliquam non habere requiſita per Prædeceſſorem noſtrum Armenium, & per Nos præſcripta comperiemus, caſſabimus, & omnino abolebimus, prout de Jure. *Conſtit. Clem. VIII. in 115.*

TIT. XXIX.

De Examinatoribus, & Judicibus Synodalibus.

§. 1. PRæcipua pars Synodi eſt de his tractare; Examinatores enim certo modo Parochos, & Eccleſiaſticos conficiunt; Judices verò à ſtrepitu, & jurgiis Epiſcopos ſublevant, & quandoque liberant.

2 Examinatores non ad oſtendendam ſuam Doctri-

ctrinam, caſibus metaphyſicis, longis diſputationibus, ſupercilio magiſtrali, ſed imo moribus humanis, ſobrietate ſcientiæ, interrogationibus in praxi frequentibus, & occurrentibus, ſine altercationibus adinvicem omni cum charitate eorum officium adminiſtrare debent.

Synod. Ariminen. Emi de Via eod. tit.

3 Nihil nec antea, nec ſucceſſivè ab examinandis, licet ſpontè datum recipiant: aliter facientes meminerint, ipſos ſubjicere ſub Simoniæ crimine, quemadmodum etiam largitores, & oblatores, qui inſuper pœna ſuſpenſionis innodantur.

Ope Divina ſelecti ſunt ſequentes Examinatores Synodales, uſque ad novam Synodum.

U. J. D. Syr. Dominicus Canonicus Pennella Vicarius Generalis.

U. J. D. Syr. Adrianus Maſſei Archidiaconus Aprutinus.

U. J. D. Syr. Alexius Tullius Canonicus Aprutinus.

U. J. D. Syr. Philippus Bonvivere Canonicus Aprutinus.

U. J. D. Syr. Melchior Delphicus Canonicus Aprutinus.

U. J. D. Syr. Julius Mezucelli Canonicus Aprutinus.

Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor Syr. Franciſcus Marozzi Canonicus Aprutinus.

U. J. D. Sacerdos D. Dominicus Ricci Aprutinus.

U. J. D. D. Antonius Ignatius de Laurentiis Bellantis Vicarius Foraneus.

U. J. D.

U. J. D. Sacerdos D. Joſeph Garzia Canonicus Civitellæ.

J. U. Prof. D. Joannes Piermatthei Canonicus Juliæ Novæ.

U. J. D. D. Xaverius Cornice Præpoſitus Torani.

U.J.D. D. Ignatius Ranalli Præpoſitus Nereti.

Sac. Theologiæ Lector P. F. Dominicus de Alexandris Dominicanus.

Sac. Theol. Lector P. F. Carolus Arcieri Dominicanus.

Sac. Theol. Magiſter P.F. Alexander Marozzi Carmelitanus.

Sac. Theol. Magiſter Carolus Roſſi Conventualis Guardianus.

Sac. Theol. Magiſter P. F. Joannes de Leonardis Conventualis Regens.

Sac.Theol. Magiſter P.F.Innocentius Agapiti Conventualis Regens.

Sac. Theol. Lector P. F. Cajetanus à Caſtorano S. Franciſci Min. Obſerv. Miniſter Provincialis.

Sac. Theol. Lector Jubilatus P. F. Angelus Maria à Spinetulo Min. Obſerv. S. Franciſci.

Sac. Theol. Lector P. F. Franciſcus à Maltignano Defen. Min. Obſerv. S. Franciſci.

Sac. Theol. Lector P. F. Eliſeus à Carventiano Cappuccinus.

Judices Synodales.

§. 1. CONSTITUTIONIBUS Summorum Pontificum, maximè Bonifacii VIII., nec non Sac. Conc. Tridentini decreto inhærentes, proponimus, nominamus, & conſtituimus uſque ad futuram Synodum in Synodales Judices infraſcriptos

U.J.D.

U. J. D. Syr. Dominicum Pennellam Vicarium Generalem, & Canonicum Aprutinum.

U. J. D. Syr. Alexium Tullium Canonicum Aprutinum.

U. J. D. Syr. Philippum Bonvivere Canonicum Aprutinum.

U. J. D. Syr. Julium Mezucelli Canonicum Aprutinum.

2 Adſunt etiàm Synodales Teſtes viri probatæ vitæ, & Divini honoris zelantes, qui & quoad noſtram correctionem, & quoad Animarum ſalutem pertinet, atque conducit, fidelitèr nunciabunt; at in hoc publico congreſſu propalare ad omnem bonum finem, & effectum reticemus.

TIT. XXX.

De Concubinariis, Uſurariis, & Cauponibus.

§. 1. Caupones in primis ad aciem noſtræ mentis, Deo inſpirante, occurrunt, cum ſæpè, & ſæpiùs vel ipſi ſunt Concubinarii, vel alios reddunt Concubinarios, & ipſi ſunt lenones. Solent etiàm Caupones uſurarios eſſe, vel opem Uſurariis impertiri, proùt maximo cum dolore experti ſumus, qua de re

2 Si Caupones tèr admoniti à Noſtris Parochis impudicas mulieres non expulſerint, omninò excommunicati declarabuntur.

Synod. Armen. eod. tit.

3 Viri Concubinarii Jure Pontificio, & Jure Cæſareo puniuntur. Et quidem quod noſtrum eſt ex officio etiàm contra eoſdem, & eorum mulieres procedemus, quod ſi poſt trinam monitionem concubinas non ejecerint, ſeque ab earum conſuetudine

Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Refor. c. 8. Conc. Rom. ſub Nicol. I. in fin. Conc. Tol. 1. c. 17.

ne non ſejunxèrint, irremiſſibilitèr excommunicatos declarabimus,& inſupèr ne abyſſus abyſſum invocet, modis omnibus procurabimus, talem peſtem ejici, & expelli à locis noſtris, niſi reſipuerint, & ad Dominum de toto corde converſi fuerint.

4 Ità quoque contrà adulteros, & fornicatores publicos in practica ſcandaloſa perſeverantes, prò Domino, & in Domino procedemus, reſervatis omnibus aliis modis, & pœnis contrà hujuſmodi ſenſuales homines, ut ſupra. Contrà locanderios, & hoſpitantes, ſi in prædictis labantur delictis, pœnis ut ſupra recenſitis quoque utemur.

5 Et ſi Judices ſæculares humanitate à Nobis ob inopiam noſtrorum executorum de brachio ſæculari requiſiti opem, & ipſum brachium non præſtiterint, eos denique ad id præſtandum ſub pœna excommunicationis cogemus.

Mart. de Juriſdict. par. 1. cap. 52. Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 15. à n. 33.

6 Quod ſi hæc animarum pernicies penès Eccleſiaſticos in eorum, aliorumque ob peſſimum ſcandalum, perditionem, & damnationem vires accipiat, ſciant, irremiſſibilitèr contrà eoſdem procedi ad carcerum pœnas, ad fructuum, & beneficiorum quoque ſuorum privationem, nec non ad Perſonarum traditionem Curiæ ſæculari.

Conc. Trid. ſeſſ. 25 de Refor. cap. 14. Conc. Nicæn. c. 3. Conc. Cartag. 3. cap. 18., & alibi.

7 Uſura crimen eſt Reipublicæ pernicioſum lege prohibitum, cum nulli licitum ſit, aliena cum jactura locupletari, & circumvenire fratrem, ſeu ejuſdem non miſereri.

L. ſi non fuerit l. verum ff. pro Socio.

8 Parochi, & Vicarii foranei invigilent ſupèr contractibus,quos uſuram ſapientes exhortationibus evellant, etiàm denegando Sacramentalem Abſolutionem, & quoque Nos de illis certiores faciant ad effectum providendi.

9 Sciant iidem Parochi, & Vicarii foranei, latam eſſe excommunicationem per Papam Clemen-

tem V. contrà concedentes Sepulturam Eccleſiaſticam Uſurariis, ſi reſtitutionem malè acceptorum, vel obligationem, & cautionem dum vivebant manu Notarii publici confectam non peregerint.

10 Notarii paritèr ſcripturas uſurarias conficientes, nec non teſtes in iiſdem ſcripturis adhibiti ipſo facto ſunt excommunicati, ideoque eorum morte ſecuta Eccleſiaſtica ſepultura priventur.

Syn. Armen. hoc tit.

11 Parochi, Vicarii, & Miniſtri noſtri omnes, nec non Eccleſiaſtici Diſcipuli Domini, ac cuncti probi Chriſticolæ advertant ſupèr contractibus in noſtra Provincia uſu exiſtentibus, ſcilicèt *accredenzare il grano, dar gli animali à capo ſalvo*, ſignantèr *i gallinacci, dare il riſo uno due, l'orzo uno due*, recogitent inquam, àn lucrum percipiendum ſuperexcedens ſit, itàut in neceſſitate conſtitutus, & percipiens prædicta bona, pauperiem quomodocunque patiatur, non ſervata qualitate intèr rem, & pretium, ſive inter rem, & laborem. Quod ſi ità eveniet, certiores quæſo nos faciant ad effectum providendi.

Sixt. V. Conſt. 45. deteſtabilis 12. Kal. Novembris 1586. S. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 2. S. Antonin. p. 2. tit. 1. cap. 7. §. 37.

TIT. XXXI.

De Taxis, & de Noſtra Cancellaria.

§. 1. BONÆ memoriæ Epiſcopi Montis Sancti benemeriti Prædeceſſoris noſtri, qui ſanctæ Vitæ incontaminatam famam reliquit, quandam taxam hujus Cancellariæ ab eodem approbatam, ſigilloque ſuo munitam ad æternam memoriam in Appendice litera *A.* tranſumptare volumus. Quæ taxa quantum attinet ad Vicarium generalem, & ad Cancellarios noſtros cum obſervatione Taxæ Innocentianę, à Prædeceſſoribus noſtris prò majori facilitate exactionis reducta eſt in unum, confecta altera

ra Taxa ab omnibus amplexa, & à Nobis paritèr approbata, pròut in Appendice lit. *B.*

2 Mandamus, non alterari, & caveant Vicarius Generalis, & Cancellarii noſtri huic noſtræ Ordinationi non contraire.

3 Cancellariis noſtris, quos volumus eſſe etiam Notarios Apoſtolicos, præcipimus, & mandamus, nullatenus per eoſdem poſſe redigi, & allegari in Prothocollis ſæcularibus ſcripturas, Inſtrumenta, & quæcunque documenta ad Patrimonium Sacrum, ad Monialium dotes, ad venditiones, locationes, & ad quaſcunque conceſſiones rerum mobilium, ſtabilium, & quorumcunque bonorum Eccleſiæ, Altarium, & cujuſcunque pii loci, ac ad Cancellariam noſtram pertinentes, & ſpectantes, prout apud *Pignatell.* Sacra Congregatio Concilii confecto Cathalogo ſancivit, & decrevit, ſed de omnibus fiat liber, ſive Protocollum in noſtra Cancellaria, & Archivio noſtro omnino conſervandum ſub pœna Interdicti Eccleſiaſtici, aliiſque arbitrio &c.

Decr. S. C. apud Pignatell. tom. 4. Conſult. 210.

TIT. XXXII.

De Conſtitutionibus Synodalibus.

§. 1. QUæ generaliter à nobis ſancita ſunt abſque pœnę alicujus appoſitione, volumus nunc roborari, ac ſi appoſita eſſet pœna arbitraria ſecundum exigentiam rei, vel temporis: Et volumus omnes, & ſingulos noſtræ Juriſdictioni quomodolibet ſubjectos, ſtatim poſt publicationem hujuſmodi conſtringi, & obligatos eſſe ad obſervantiam, niſi alitèr à nobis in aliqua Conſtitutione peculiaritèr ſancitum fuerit.

2 Quæ à nobis aliquo Edicto præcepta fuerunt,

Digitized by Google

& his Conſtitutionibus Synodalibus non adverſantur, volumus omni futuro tempore in viridi obſervantia remanere, quemadmodum declaramus, ità fieri de Synodo bonæ memoriæ *Armenii*.

TIT. XXXIII.

De Sede Vacante Monitum.

Ughel. Ital. Sac. Conc. Trid. edit. Romæ 1674. in notis Michaelis Juſtiniani Januen.

HÆc Epiſcopalis Sedes Aprutina celeberrima fuit, & in quadam adeſt celebritatis reliquia, cum Epiſcopus armatus celebrat, Princeps vocitatur Terami, qua in Civitate Judicem ſecundarum cauſarum temporibus noſtris etiam apponit revocandarum à Judice Civitatis: Statum Biſemnii cum titulo Comitis: Statum Roccæ Sanctæ Mariæ, plurima Oppida, quamplurimaſque Villas cum titulo Baronis adhuc tenet, & poſſidet, ſuffultus conceſſionibus Regis *Roberti*, prout in ejuſdem *Regiſtro* 1331., *&* 1332. *decimæquintæ Inditionis fol.* 146., ubi Feuda dicuntur antiqua Eccleſiæ Aprutinæ, nec non in Regiſtro *Caroli* filii prædicti *Roberti* confirmatis: Imo quodamodo in quadam Ordinatione *Caroli V.* ſub dato in *Caſtro Novo Neapolis die ultima menſis Septembris* 1513.

Mutius de Mutiis in fine 2. Dialog.

QUÆSTUARII publicantes Indulgentias ob quæſtum *Bulla* 99. *Pii V.*, quæ incipit, *Quam plenum*.

R

RECURRENTES à litteris Apoſtolicis ad poteſtatem laicam, & recurſui cooperantes: *Bulla Cœnæ* §. 13.

Recurrentes à decretis Judicis Eccleſiaſtici ad poteſtatem laicam: *Bulla Cœnæ* §. 16.

Regularium Superiores impedientes, vel retardantes cauſas ad S. Inquiſitionem ſpectantes: *Bulla* 26. *Pauli V.*, quæ incipit *Romanus Pontifex* §. 6.

Re-

Religioſi facientes vovere, vel jurare ad eligendam ſepulturam in ſuis Eccleſiis, *Clement. Cupientes §. ſanè de pœnis*.

Religioſi mendicantes tranſeuntes ad Ordinem non mendicantium, *Extravag. de Regularibus*.

Religioſi miniſtrantes extremam Unctionem, vel aſſiſtentes matrimonio ſine licentia Parochi *Clement. Religioſi de privileg.*

Religioſi conferentes ſe ad partes tranſmarinas ſine licentia, *Extravag. Ad noſtrum de Regularib.*

Religioſi recipientes ad habitum, vel profeſſionem illicitos ex ingeſtu intra tertium gradum, vel ex ſacrilegio ob votum ſolemne Caſtitatis abſque licentia Capituli Generalis, vel Provincialis; *Bulla* 71. *Sixti V.*, quæ incipit, *Cum ac omnibus* §. 2., quoad excommunicationem non moderata *in Bulla* 83. *Clement. VIII.*, quæ incipit, *In ſuprema* §. 4.

Religioſi uſurpantes Decimas, vel earum ſolutionem impedientes, quando non habent officium, vel beneficium (cum tunc incurrant ſolam ſuſpenſionem) niſi ſatisfecerint *Clement.* 1. *de Decimis.*

Religionis ingreſſum prohibentes (ex participatione privilegiorum Congregationis Olivetanę) *Bulla* 12. *Julii II.*, quæ incipit *Etſi ad Univerſos* §. 20.

Religionis ob ingreſſum dantes, vel recipientes aliquid, dumodò non ſit pro alimentis *Extravag. ſanè de Simonia*.

Reliquias Sanctorum extrahentes à Cæmeteriis, ac fautores. *Decretum æditum de mandato Pauli V. die* 24. *Auguſti* 1613. & 16. *Maji* 1614.

Reſignationem Patroni admittentes extra caſus permiſſos *Bulla* 58. *Pii V.* quæ incipit *Quanta*.

Romæ Senatorem, vel Gubernatorem eligentes ſine licentia Papæ *Cap. Fundamenta de electis in 6.*

Ro-

Romanæ Curiæ Victualia impedientes *Bulla Cœnæ* §. 8.

Romanam ad Curiam acceſſum pro impetrandis Apoſtolicis litteris prohibentes *Bulla Cœnæ* §.13.

Romana in Curia Collitigantium, vel Procuratorum offenſores, denunciare omittentes: *Bulla* 11. *Alexandri VI.*, quæ incipit *In eminenti*.

Roma in Curia dantes, vel recipientes aliquid pro gratia, vel juſtitia, ac paciſcentes. Extravag. *Excommunicamus de ſent. excom.*, & *Bulla* 19. *Alexand. VII.* quæ incipit *Inter graviſſimas*.

Romanæ Eccleſiæ bona invadentes, ac fautores *Bulla Cœnæ* §. 20.

Romipetarum devotionis cauſa offenſores *Bulla Cœnæ* §. 10.

S

SACRAMENTA miniſtrantes excommunicato nominatim denunciato à Papa. *Cap. ſignificavit de ſent. excom.*

Schiſmatici *Bulla Cœnæ* §. 1.

Scripturam Sacram prædicantes, vel explanantes contra ſenſum ab Eccleſia approbatum *Bulla* 21. *Leonis X.* quæ incipit *Supernæ Majeſtatis*.

Scripturas Camerę Apoſtolicæ detinentes, vel non revelantes *Bulla* 16. *Sixti V.* quæ incipit *Non ſine maxima*.

Secreta Conciſtorii revelantes *Bulla* 7. *Leonis X.* quæ incipit *Supernæ* §. 30.

Secreta S. Inquiſitionis revelantes *Cap. ſtatuta* §. & ut eorundem *de hæretic. in 6.*

Secreta Reipublicæ Chriſtianæ hoſtibus revelantes *Bulla Cœnæ* §. 7.

Sepelientes in Loco Sacro Hæreticos, eorumque fau-

Digitized by Google

fautores, ſi non exhumarunt. *Cap. quicunque de hæretic. in 6.*

Sepelientes tempore Interdicti in loco ſacro ſepeliri prohibitos, vel ſepelientes excommunicatos, interdictos, & uſurarios, quandiu non eſt præſtita ſatisfactio ad arbitrium Epiſcopi. *Clement. 1. de ſepult.*

Sepulturam in ſuis Eccleſiis eligi, vel non mutari Religioſi procurantes per votum, vel juramentum: *Clement. cupientes §. ſanè de pœnis.*

Sepulturæ transferendę cauſa cadaver comminuentes: *Extravag. deteſtandæ de ſepult.*

Sequeſtrantes bona, vel jura Eccleſiarum: *Bulla Cænæ §. 17.*

Sequeſtrationem faciendam ab Ordinario de fructibus beneficii, impedientes, quamdiu impedimentum non eſt amotum, vel fructus non ſunt reſtituti *Clement. unic. ad Compeſcendas de ſequeſtr.*

Servituti ſubjicientes Chriſtianum: *Bulla* 149. *Pii V.* quæ incipit *Licet omnibus.*

Simoniaci in ordine, vel beneficio, ac complices. *Extravag. Deteſtabile de Simon.*; *Bulla* 85. *Pii IV.* quæ incipit, *Romanum Pontificem*, *& Bulla* 85. *Pii V.* quę incipit *Intollerabilis.*

Simoniaci in Religionis ingreſſu *Extravag. Sane, de Simon.*

Simoniam committentes publicando Indulgentias, vel concedendo facultatem pro reſervatis, vel privilegia Miſſæ, aut ſepulturæ tempore interdicti. *Bulla* 99. *Pii V.* quæ inicipit *Quam plenum.*

Simoniam committentes dando, vel recipiendo aliquid pro examine ad Parochiam: *Conc. Trid. ſeſs.* 24. *cap.* 18. *de reform.*

Societatis Jeſu Inſtitutum impugnantes, vel muta-

tari procurantes : *Bulla* 89. *Greg.XIII.*, quæ incipit *Aſcendente Domino* §. 24.

Sollicitationem non revelantes infra menſem: *Bulla* 34. *Greg. XV.*, quæ incipit *Univerſi.*

Sponſiones faciendæ ſuper electione, vita, vel morte Papæ, ac promotione Cardinalium *Bulla* 4. *Greg. XIV.*, quæ incipit, *Cogit nos.*

Statuta libertatis Eccleſiaſticæ læſiva facientes, vel eiſdem utentes : *Bulla Cœnæ* §. 15.

Superiores Monialium concedentes licentiam ingrediendi in Monaſteria ſine cauſa juſta : *Bulla* 8. *Pii V.*, quæ incipit *Circa paſtoralis.*

Superiores Regularium impedientes, vel retardantes cauſas ad S. Inquiſitionem ſpectantes : *Bulla* 26. *Pauli V.*, quæ incipit *Romanus Pontifex* §. 6.

Suſpenſionem à poteſtate providendi de beneficiis violantes. *Bulla* 58. *Pii V.*, quæ incipit *Quanta.*

T

TALLEAS, vel collectas imponentes Eccleſiaſticis: *Bulla Cœnæ* §. 18.

Toloſanæ Eccleſiæ ſtatuta turbantes. *Extravag. Salvator de præbend.*, *& dignit.*

V

VECTIGALIA nova imponentes,& exigentes: *Bulla Cœnæ* §. 5.

Victualia hoſtibus Reipublicæ Chriſtianæ deferentes. *Bulla Cœnæ* §. 7.

Victualia Romanæ Curiæ impedientes. *Bulla Cœnæ* §. 8.

Unctionem extremam miniſtrantes Religioſi ſine licentia Parochi; *Clement. Religioſi de privilegiis.*

Vota Papæ reſervata commutantes privilegiorum præ-

prætextu : *Extravag.*, *Etſi Dominici de pœnit.*, & *remiſs.*

Uſurpantes, vel ſequeſtrantes bona, vel Jura Eccleſiarum. *Bulla Cœnæ* §. 17.

Excommunicantur Excommunicatione latæ ſententiæ, & Papæ non reſervatæ.

A

ABortum fœtus animati procurantes. *Bulla* 87. *Sixti V.*, quæ incipit *Effrænatam*, *moderata quoad reſervationem cenſuræ à Greg. XIV. in conſtit.* 8., quæ incipit *Sedes Apoſtolica*.

Abſolutionem, vel revocationem cenſuræ per vim, & metum extorquentes; *Cap. abſolutionis de his, quæ vi naturæ in 6.*

Abſolutionem dantes Religioſi decimas non ſolventibus. *Clement. cupientes de pœnis*.

Adminiſtratores ter moniti ab Epiſcopo non obedientes. *Can. Adminiſtratores* 23. *qu.* 5.

Agnos Dei pingentes, miniantes, aut venales habentes. *Bulla* 2. *Greg. XIII.*, quæ incipit *Omni certè*.

Alienantes bona Eccleſiæ ſi ſint Adminiſtratores (dumodo non ſint Epiſcopi, vel Abbates, cum hi incurrant interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ) *Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccleſiæ non alienand.* Item ea recipientes.

Alienantes bona Juriſdictionalia locorum piorum, ſi ſint inferiores Epiſcopi (cum hi ſolum incurrant interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ) *Bulla* 51. *Urbani VIII.*, quæ incipit *Humanæ ſalutis*.

Alienantes Religioſi mendicantes domos ſine licentia Sedis Apoſtolicæ : *Clement. Cupientes de pœnis.*

Alienationem bonorum Eccleſiaſticorum concedentes Delegati Pontificis in damnum Eccleſiarum : *Bulla 2. Pauli II.*, quæ incipit, *Cum in omnibus.*

Ambientes Nuncii, vel Legati Apoſtolici apud Principes, ad quos miſſi ſunt, fautores ad obtinendas pro ſe, vel conſanguineis dignitates à Papa: *Bulla 96. Pii IV.*, quæ incipit : *Etſi Romanum Pontificem.*

Annotationes in decreta Concilii Trident: edentes: *Bulla 73. Pii IV.*, quæ incipit *Benedictus Deus* §. 5.

Apoſtatæ à Religione dimittentes habitum : *Cap. ut periculoſa ne Clerici, vel Monachi in 6.*

Apoſtolicas literas accipientes de manu alterius, quam Officialis Deputati : *Cap. dura de crimine falſi.*

Apoſtolicis literis falſis utentes. *Cap. ad falſariorum de crimine falſi.*

Arma prohibita concedentes geſtari in Statu Eccleſiaſtico : *Bulla 145. Pii V.*, quæ incipit *Ad vices* §. 3.

Arma tenentes Monachi intra ſepta Monaſterii ſine licentia Abbatis : *Clement. Ne in agro* §. *quia vero de ſtatu Monachorum.*

Aſſaſſinis mandantes homicidium, ſeu eos receptantes, occultantes, defendentes. *Cap. Pro humani de homicidio in 6.*

Aſtrologiam judiciariam exercentes. *Can. ſi quis Ariolos, & Can. aliquanti 26. qu. 5.*

B

Beguinarum ſtatum Mulieres aſſumentes : *Clement. 1. de Religioſis domib.*

Be-

Digitized by Google

Beguinorum, vel Bizocorum Religionem profitentes: *Extravag. Sancta Romana de Religioſis domib.*

Beneficium à Schiſmaticis collatum retinentes: *Cap. quod à Prædeceſſore noſtro de Schiſmaticis.*

Beneficium recipientes de manu poteſtatis laicæ. *Cap. ſi quis deinceps, & Can. quoniam 16. qu. 7.*

Bononiæ Scholares; vel Magiſtri conducentes alienum hoſpitium infra tempus conductionis ſine licentia Inquilinorum. *Cap. ex reſcripto de locato, & conduct.*

C

CAMERÆ Apoſtolicæ non applicantes confiſcationes in Statu Eccleſiaſtico: *Bulla* 43. *Pii IV.*, quæ incipit; *Decet Romanum Pontificem.*

Cancellariæ Apoſtolicę Officiales ſe intromittentes in cauſis ſibi interdictis in *Bulla* 54. *Pii IV.*, quæ incipit *Univerſi Gregis.*

Canonici Regulares accedentes ad Curias Principum animo nocendi ſuis Prælatis, vel domibus *Clement. ne in agro §. quia vero de ſtatu Monachorum.*

Cappuccini recipientes Fratres de obſervantia: *Bulla* 20. *Sixti V.*, quæ incipit: *Pro ea.*

Cenſuræ fulminationem impedientes, vel ejus abſolutione aùt revocatione per vim, & motum extorquentes. *Cap. abſolutionis, de his, quæ vi metuve in 6.*

Ceſſationem à Divinis, vel interdictum locale generale Religioſi non ſervantes: *Clement. ex frequentibus de ſent. excom.*

Clauſura Monialium pro conſervanda, Magiſtratus negantes Prælatis auxilium. *Conc. Trid. ſeſs. 25. cap. 5. de Regularib.*

Clau-

Clauſuram Monialium Superiores ſine juſta cauſa intrantes pro tertia vice, cum pro prima incurrant ſolum interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & pro ſecunda ſuſpenſionem à Pontificalibus. *Declaratio Bullæ* 28. *Gregor. XIII.*, quæ incipit: *Dubiis* §. 2.

Clerici in dignitate conſtituti accedentes ad audiendas Leges, vel Medicinam in ſcholis publicis poſt duorum menſium ſpatium. *Cap. ſuper ſpecula*, *ne Clerici*, *vel Monachi*.

Clerici obtinentes Eccleſias de manu Laicorum. *Can. ſi quis Clericus* 16. *qu.* 7.

Clericus habens officium Præpoſiti ſæcularis, ſi monitus non deſiſtat. *Cap. Clericis*, *ne Clerici*, *vel Monachi*.

Communicantes cum excommunicato in crimine criminoſo, ſi ejus cenſura non ſit reſervata. *Cap. nuper de ſent. excom.*

Conclavis formam Officiales non procurantes ſervari. *Cap. ubi periculum de elect. in* 6. §. *Præterea.*

Concilium in Tridentinum Gloſas, & annotationes facientes. *Bulla* 73. *Pii IV.*, quæ incipit *Benedictus Deus* §. 5.

Confeſſionem non eſſe neceſſariam exiſtenti in mortali pro ſumenda Euchariſtia docentes. *Conc. Trid. ſeſſ.* 13. *Can.* 11.

Conſervatores ad excedendos ſuæ poteſtatis limites inducentes. *Cap. hac Conſtitutione de officiis Deleg. in* 6. *Bulla* 9. *Greg. XV.*, quæ incipit *Sanctiſſimus*.

Contrahentes Matrimonium in caſibus prohibitis. *Clement.* 1. *eos*, *qui*, *de conſang.*

Da-

D

DECIMAS Religioſi uſurpantes, vel earum ſolutionem impedientes, ſi non habeant adminiſtrationem, vel officium, cum tunc ſolam ſuſpenſionem incurrant, poſtquam prſtiterunt ſatisfactionem condignam, qua non præſtita non poſſunt abſolvi, niſi à Papa. *Clement. Religioſi de Decimis.*

Decimis à ſolvendis Religioſi alios, ſuis ſermonibus retrahentes. *Clement. cupientes de pœnis.*

Delegati Pontificis concedentes bonorum Eccleſiaſticorum alienationem fieri in damnum Eccleſiæ. *Bulla 2. Pauli II.*, quæ incipit *Cum in omnibus*.

Dignitatem à Schiſmaticis collatam retinentes: *Cap. quod à Prędeceſſore noſtro de Schiſmaticis.*

Directores Monialium in electionibus, non abſtinentes ab iis, undè diſcordiæ poſſunt oriri: *Cap. indemnitatibus §. poſtremo de elect. in 6.*

Divinationem exercentes: *Cap. ſi quis Ariolos, & Can. aliquanti 26. qu. 5.*

Divinantes de Papæ vita, vel morte: *Bulla* 113. *Urbani VIII.*, quæ incipit *Inſcrutabilis.*

Doctoratum, vel Lectoratum concedentes non prę-mittentibus profeſſionem Fidei (ſi non ſint Epiſcopi, cum hi incurrant ſolum interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ). *Bulla* 88. *Pii IV.*, quæ incipit *In Sacroſancta.*

E

ECCLESIAM obtinentes per Laicos: *Can. ſi quis Clericus 16. qu. 7.*

Eccleſiæ bona alienantes, ac recipientes. *Extravag. Ambitioſæ de rebus Eccleſiæ non alienand.*

Eccleſiarum bona compellentes ſubmitti laicis: *Cap. hoc*

hoc conſultiſſimo de reb. Eccleſ. non alienandis in 6.

Eccleſiaſtici conſtituti in dignitate accedentes ad audiendas Leges, vel Medicinam in Scholis publicis poſt duorum menſium ſpatium: *Cap. ſuper ſpecula, ne Clerici, vel Monachi*.

Eccleſiaſtico in Statu non applicantes confiſcationes, & pœnas Cameræ Apoſtolicæ: *Bulla* 43. *Pii IV.* quę incipit *Decet Romanum Pontificem*.

Eccleſiaſtico in Statu arma prohibita concedentes geſtari: *Bulla* 147. *Pii V.*, quæ incipit *Cum vices* §. 3.

Electionem in Monaſteriis turbantes: *Cap. indemnitatibus* §. *poſtremo de elect. in 6.*

Electionis, nominationis, vel collationis denegatæ cauſa vexantes perſonas, vel loca: *Cap. ſciant cuncti de elect. in 6.*

Epiſcopi Romani latentèr venientes, vel ab ea recedentes ſine licentia Papæ, eorumque receptores, ſi de ipſorum adventu Papam non moneant. *Extravag. ut Prælatorum de majorit., & obedient.*

Epiſcopi ſe ingerentes in aliena Diœceſi: *Cap. quoniam in pleriſque de offic.*

Euchariſtiæ ſumptioni non neceſſariò præmittendam eſſe Confeſſionem ab exiſtente in mortali docentes. *Conc. Trid. ſeſs.* 13. *Can.* 11.

Excommunicato cenſura non reſervata communicantes in crimine criminoſo: *Cap. nuper de ſent. excommun.*

Excommunicatos ſepelientes in loco Sacro. *Clement.* 1. *de ſepult.*

Extorquentes per vim, & metum abſolutionem, vel revocationem cenſuræ. *Cap. abſolutionis de his, qui vi, metuve in 6.*

Fa-

F

Fabricæ S. Petri Deputatos moleſtantes. *Bulla 97. Pii V.*, quæ incipit, *Exigit*.

Fœminam cogentes ad Religionem, vel ab ea retrahentes, aut impedientes injuſtè. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 18. de regularib.*

Fœminarum raptores. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de refor. Matrim.*

Fraticellorum religionem profitentes. *Extravag. 5. Romana de Relig. Domibus*.

Fratres de obſervantia recipientes Capuccinos. *Bulla 20. Sixti V.*, quæ incipit *Pro ea*.

Fraude inducentes Judicem ad ſe conferendum ad Mulierem, ut ejus teſtimonium excipiat. *Cap. Mulieres de Judiciis in 6.*

G

Germaniæ Religioſi, & Parochi non ſervantes concordiam inter ſe ſtatutam. *Extravag. Vices illius de Tregua, & Pace*.

Gloſas in Conc. Trid. edentes. *Bulla 73. Pii IV.*, quæ incipit: *Benedictus Deus* §. 5.

Gubernatores, & Officiales mortuo Pontifice non obſervantes præſcripta: *In cap. ubi periculum §. preterea de elect. in 6.*

H

Hæreticos, eorumque fautores ſepelientes in loco Sacro, dummodo exhumaverint, cum alias excommunicatio ſit reſervata. *Cap. quicunque de hæretic. in 6.*

X Ho-

Homicidium mandantes per Aſſaſſinos. *Cap. pro humani de homicid. in 6.*

I

INQUISITORES, Teſtes, alioſque Miniſtros S. Officii vexantes. *Bulla* 82. *Pii V.*, quæ incipit: *Si de protegendis.*

Inquiſitionis cauſis ſe ingerentes, ejuſque ſententiam non exequentes, & requiſiti non adjuvantes. *Cap. ut Inquiſitionis de hæretic. in 6.*

Inquiſitionis prętextu pecuniam extorquentes, ſi ſatisfecerint. *Clement. Nolentes de hæretic.*

Inquiſitionis ſupremæ Cardinalibus non obedientes. *Bulla* 1. *Pii V.*, quæ incipit: *Sanctiſſimus Dominus.*

Interdictos ſepelientes in loco Sacro, ſi ſit præſtita ſatisfactio ad arbitrium Epiſcopi. *Clement.* 1. *de ſepult.*

Interdictum locale generale, vel ceſſationem à divinis Religioſi non ſervantes. *Clement. ex frequentibus de ſent. excom.*

Judices Laici negligentes præſtare auxilium Epiſcopo, vel alteri Judici Eccleſiaſtico requirenti. *Can. adminiſtratores* 23. *qu.* 5.

Jus regalium, ſeu defenſionis, aut cuſtodiæ in locis piis ſibi uſurpantes. *Cap. Generali de elect. in 6.*

L

LAICA poteſtas omittens dare brachium ſeculare Epiſcopis: *Can. Adminiſtratores* 23. *quæſt.* 5.

Leges, aut Medicinam docentes Religioſos, qui habitum dimiſerunt: *Cap. ut periculoſa, ne Clerici, vel Monachi in 6.*

Li-

Libros imprimentes ſine licentia Superiorum, vel ſine nomine Auctorum. *Conc. Trid. ſeſſ.4. de edit. & uſu ſacrorum librorum Index lib. probib. regula* 10.

Libros ità impreſſos retinentes, & vendentes. *Conc. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ.* 10. *decret.* 3.

Literas Apoſtolicas recipientes de manu alterius, quam Officialis Deputati: *Cap. Dura de crimine falſi.*

Literis Apoſtolicis falſis utentes: *Cap. Ad falſariorum de crimine falſi.*

Literas Papæ impugnantes ante Coronationem: *Extravag. Ultima de ſent. excom. cap.* 4.

Ludos Taurorum, & agitationes ferarum exercentes extra Hyſpaniam: *Bulla* 48. *Pii V.*, quæ incipit. *De ſalute.*

M

MATRIMONIUM contrahi cogentes: *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 9. *de refor. Matrim.*

Matrimonium contrahentes in caſibus prohibitis: *Clement. Unic. eos, qui de conſanguin.*

Matrimonia Filiorum ſine conſenſu Patris irrita eſſe aſſerentes, vel clandeſtina ante Conc. Trid. valida fuiſſe negantes: *Conc. Trid. ſeſſ.*24. *cap.*1. *de refor. Matrim.*

Mendicantes Religioſi ſine licentia Sedis Apoſtolicæ novas domos acquirentes, vel alienantes: *Clement. cupientes de pœnis.*

Monachi accedentes ad Curias Principum animo nocendi ſuis Prælatis, vel Monaſteriis: *Clement. ne in agro §. quia verò de ſtatu Monachor.*

Monachi tenentes arma intra ſepta Monaſterii ſine licentia Abbatis: *Clement. ne in agro §. quia vero de ſtatu Monac.*

Monaſteria ingredientes Prælati Regulares ſecunda; vice eodem anno ſine præſentia Epiſcopi, vel alterius Eccleſiaſtici ſecularis ab eodem deputandi. *Bulla 156. Alexandri VII.*, quæ incipit *Fœlici*.

Monialem fieri, vel non fieri cogentes, ac cooperantes: *Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 16. de regularib.*

Monialium clauſuram ſine cauſa juſta Superiores intrantes pro tertia vice (cum pro prima incurrant interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & pro ſecunda ſuſpenſionem à Pontificalibus). *Declaratio Bullæ 28. Greg. XIII.*, quæ incipit: *Dubiis* §. 2.

Monialium directores non abſtinentes in electionibus ab iis, unde diſcordiæ poſſunt oriri: *Cap. indemnitatibus §. poſtremo de elect. in 6.*

Monialium clauſura pro conſervanda, Magiſtratus negantes auxilium Prælatis: *Conc. Trid. ſeſs. 25. cap. 5. de regularib.*

Monialium Monaſteria non ad malum finem ingredientes ſine licentia Prælati: *Conc. Trid. ſeſs. 25. cap. 5. de reg.*

Monialium Præpoſitæ electionem turbantes. *Cap. indemnitatibus §. poſtremo de elect. in 6.*

Monialium Viſitatores in ſuo munere impedientes, niſi reſipiſcant: *Clement. attendentes de ſtatu Monach.*

Montem Pietatis impugnantes: *Bulla 2. Leonis X.*, quæ incipit: *Inter multiplices*.

Mulieres aſſumentes Beguinarum ſtatum: *Clement. 1. de religioſis domibus.*

Mulierum raptores: *Conc. Trid. ſeſs. 24. cap. 6. de refor. Matrim.*

No-

N

Notariorum Officiis à Camera Apoſtolica venditis, vel vendendis ſe intromittentes, aut vexantes Notarios ea ementes: *Bulla* 83. *Pii IV.*, quæ incipit: *Superna providentia*

Nuncii, aliique Miniſtri Pontificis procurantes à Principibus, ad quos miſſi ſunt, favores ad dignitates pro ſe, vel conſanguineis à Papa obtinendas: *Bulla* 96. *Pii IV.*, quæ incipit: *Etſi Romanum Pontificem*.

O

Officiales mortuo Pontifice non obſervantes præſcripta. *In cap. ubi periculum §. Præterea de elect. in 6.*

Officium Præſulatus in Eccleſiis uſurpantes: *Cap. quoniam in pler iſque officiis Judic. ordinar.*

Ordinationes factas à Schiſmaticis exercentes: *Cap. quod à Prædeceſſore noſtro de Schiſmat.*

P

Papæ de vita, & morte divinantes: *Bulla* 113. *Urbani VIII.*, quæ incipit: *Inſcrutabilis*.

Papæ nondum Coronati literas impugnantes: *Extravag. Ult. de ſent. excom.*

Parochi, & Religioſi Germaniæ non ſervantes, inter ſe concordiam ſtatutam: *Extravag. Vices illius de Tregua, & Pace*.

Pœnas in Statu Eccleſiaſtico non applicantes Cameræ Apoſtolicæ: *Bulla* 43. *Pii IV.*, quæ incipit: *Decet Romanum Pontificem*.

Pœ-

Pœnitentieriæ Officiales ſe intromittentes in expeditionibus prohibitis: *In Bulla* 53. *Pii IV.*, quę incipit: *In ſublimi.*

Presbyteri accedentes ad audiendas Leges, vel Medicinam in Scholis publicis: *Cap. ſuper ſpecula, ne Clerici, vel Monachi.*

Præſulatus officium in Eccleſiis uſurpantes: *Cap. quoniam pleriſque de officio Judicis ordinar.*

R

REGALIÆ, ſeu cuſtodiæ titulum in locis piis ſibi uſurpantes: *Cap. generali de elect. in 6.*

Religioſi dimittentes habitum: *Cap. ut periculoſa ne Clerici, vel Monachi in 6.*

Religioſi decimas uſurpantes, vel earum ſolutionem impedientes, ſi non habeant adminiſtrationem, vel officium (cum tunc ſolam ſuſpenſionem incurrant) dumodo dederint ſatisfactionem condignam (cum alias excommunicatio ſit reſervata): *Clement. Religioſi de Decimis.*

Religioſi à Decimarum ſolutione retrahentes; vel negligentes ſuadere earum ſolutionem ſuis pœnitentibus, eoſque abſolventes: *Clement. cupientes de pœnis.*

Religioſi exeuntes de Clauſtris ad audiendas leges, vel Medicinam, eoſque docentes, vel in Scholis retinentes: *Cap. non magnopere, & cap. nuper ſpecula, ne Clerici, vel Monachi.*

Religioſi non ſervantes interdictum locale generale, vel ceſſationem à Divinis. *Clement. ex frequentibus de ſent. excom.*

Religionis ingreſſui cogentes, vel retrahentes fœminas: *Conc. Trid. ſeſs.* 24. *cap.* 18. *de Regularib.*

Religionis, vel Reipublicæ Chriſtianæ de ſtatu di-

vi-

vinantes: *Bulla* 113. *Urbani VIII.*, quæ incipit: *Inſcrutabilis*.

Repreſalias concedentes, aut extendentes contra Eccleſiaſticos: *Cap. unico de injuriis in 6.*

S

SACERDOS celebrans ſine ſtola: *Can. Eccleſiaſtico diſt.* 23.

Schiſmatici ordinationi conſentientes, vel ab eo recipientes beneficium, aut rem Eccleſiaſticam, eamque retinentes: *Cap. de Schiſmat.*

Sepulturam dantes tempore Interdicti in loco Sacro prohibitis ſepeliri, vel ſepelientes excommunicatos, Interdictos, & Uſurarios (dummodo præſtita ſit ſatisfactio ad arbitrium Epiſcopi, cum alias excommunicatio ſit reſervata): *Clement.* 1. *de ſepult.*

Sequeſtrationem ab Ordinario faciendam impedientes dumodo impedimentum ſit amotum, vel fructus reſtituti, cum alias excommunicatio ſit reſervata: *Clement. ad compeſcendas de ſequeſtr.*

Statuta libertatis Eccleſiaſticæ læſiva retinentes, vel ea ex libris non delentes, dummodo iis non utantur: *Cap. noverit de ſent. excom.*

T

TESTIMONII cauſam fingentes, ut Judex ad Mulieris examinandæ domum accedat: *Cap. Mulieres de Judic. in 6.*

Vi-

V

VISITATORES Monialium in ſuo munere impedientes, ſi moniti non reſipiſcant: *Clement. attendentes de ſtatu Monach.*

Uſurarios publicos ſepelientes in loco Sacro, ſi ſit præterita ſatisfactio: *Clement.* 1. *de ſepult.*

Uſurariis alienigenis Clerici locantes domos, aùt commoditatem præſtantes vel eos non ejicientes infra tres menſes, niſi ſint Epiſcopi, cum hi incurrant ſolùm ſuſpenſionem. *Cap. uſurarum in* 6.

Uſuris Officiales Communitatum faventes. *Clement. ex gravi de Uſuris.*

SUSPENSIONES

Ab officio, vel Beneficio latæ abſolutè, vel ad tempus; quæ abſolutè, vel infra tempus antequam per ſe ipſas ceſſent, Papæ reſervantur.

ABBATES alienanſes bona Monaſterii interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſi infrà ſex menſes non reſipuerint, ſuſpenduntur ab adminiſtratione Monaſterii in ſpiritualibus, ac temporalibus. Prælatus verò inferior excommunicatur, ac privatur beneficio. *Extravag. Ambitioſæ. De reb. Eccleſ. non alienan.*

Abbates concedentes Dimiſſorias ſibi non ſubditis, ſuſpenduntur per annum ab officio, & beneficio. *Conc. Trid. ſeſs.* 23. *cap.* 10. *de refor.*

Alie-

Alienationi bonorum Eccleſiæ Epiſcopi, vel Delegati à Papa conſentientes, ſuſpenduntur per annum ab executione officii. *Bulla 2. Pauli II.*, quæ incipit, *Cum in omnibus.*

Apoſtatæ à Religione recipientes Ordinem ſacrum in Apoſtaſia, ſuſpenduntur ab ejus executione. *Cap. conſultationi de Apoſtat.*

B

BENEFICIA ad Eccleſiaſtica eligentes authoritate laica, ſuſpenduntur ab officiis, & beneficiis. Conſentiens vero electioni de ſe factæ, ſuſpenditur à beneficio. *Cap. quiſque de elect.*

Beneficia conferentes contra formam præſcriptam, ſuſpenduntur à collatione, & recipientes ſuſpenduntur à beneficiis. *Bulla* 58. *Pii V.* quæ incipit *Quanta* §. *6.*

Beneficiis privantes eos, qui pro ſuis negotiis commorantur in Romana Curia, ſuſpenduntur ab officio, & beneficio. *Extravagant. Divina de privileg.*

Beneficiorum vacantium redditus uſurpantes, incurrunt ſuſpenſionem ab officio, & beneficio, donec reſtituant. *Cap. præſent. de offic. Ordin. in 6.*

Beneficiati utentes ſine juſta cauſa veſte laicali, ſuſpenduntur per ſex menſes à beneficio. *Clement.* 2. *quoniam de vita, & honeſt. Clericor.*

Beneficiato electo opponens aliquid, nec probans, ſuſpenditur à beneficio per triennium. *Cap. ſtatuimus* §. *adjicientes de elect. in 6.*

Bigamum ordinans, ſuſpenditur per annum à celebratione Miſſæ. *Can. Nullus pœnitente diſtinct.* 55.

Digitized by Google

C

CAPITULA Simoniam committentis, ſuſpenduntur. *Extravag.* 1., *&* 2. *de Simon.*

Cenſuram ferens ſine debita ſolemnitate, incurrit per menſem Interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſuſpenſionem à Divinis. *Cap. cum medicinalis de ſent. excom. in 6.*

Clerici non denunciantes Prælatos ſubmittentes bona Eccleſiæ laicis, ſuſpenduntur per triennium à beneficiis in ea Eccleſia obtentis. *Cap. hoc conſultiſſimo de rebus Eccleſ. non alienand. in 6.*

Compromiſſarius eligens indignum ad Epiſcopatum, ſuſpenditur per triennium à beneficiis. *Cap. ſi compromiſſarius de elect. in 6.*

Conceptionem B. Virginis fuiſſe in peccato originali defendentes, & contrariam ſententiam impugnantes, ſuſpenduntur à Divinis. *Bulla* 114. *Pii V.*, quæ incipit: *Super ſpeculam*.

Conjugato conferentes primam Tonſuram extra caſus permiſſos, ſuſpenduntur per annum à collatione primæ Tonſuræ. *Cap. nullus Epiſcopus de tempore Ordinat. in 6.*

Conſervatores extendentes ultra limites ſuam poteſtatem, ſuſpenduntur per annum ab officio. *Cap. hac Conſtitutione de offic. Judic. in 6.*

Conventus Simoniam committentes, ſuſpenduntur. *Extravag.* 1., *&* 2. *de Simon.*

D

DECIMAS uſurpantes Religioſi, vel earum ſolutionem impedientes, ſi infra menſem non ſatisfecerint, ſuſpenduntur ab officiis, beneficiis, atque adminiſtrationibus, quæ ſi non habent, incur-

currunt excommunicationem Papæ reſervatam. *Clement.* 1. *de Decimis*.

Delegati à Papa conſentientes alienationi bonorum Eccleſiæ, ſuſpenduntur per annum ab executione officii. *Bulla* 2. *Pauli II.*, quæ incipit: *Cum in omnibus*.

Doctoratum, vel Magiſterium conferentes, nec exigentes circa expenſas juramentum à promovendis, ſuſpenduntur per ſex menſes à collatione Doctoratus, vel Magiſterii. *Clement. cum ſit de Magiſtris*.

E

Ecclesiæ bona Sede Vacante occupantes, ſuſpenduntur ab Officio, & Beneficio donec reſtituant. *Cap. quia ſæpè de elect. in 6.*

Electionem, poſtulationem, vel aliam proviſionem Eccleſiaſtici impugnantes, nec probantes, ſuſpenduntur per triennium à beneficiis. *Cap. cum in cunctis de elect.* §. *Clerici*.

Eligentes Epiſcopum, nec præſentantes electionem infra octo dies, dum commodè poſſunt, ſuſpenduntur per triennium à beneficiis in ea Eccleſia obtentis. *Cap. cupientes de elect. in 6.* §. *ſi verò*.

Epiſcopi alienantes bona Eccleſiæ, incurrunt interdictum ab ejus ingreſſu, & infra ſex menſes non reſipuerint, ſuſpenduntur ab adminiſtratione Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus. Inferiores verò Epiſcopis, & Abbatibus, privantur beneficiis. *Extravag. Ambitioſæ de rebus Eccleſ. non alienand.*

Epiſcopi conſentientes alienationi bonorum Eccleſiæ, ſuſpenduntur per annum ab executione officii. *Bulla* 2. *Pauli II.*, quæ incipit: *Cum in omnibus*.

Digitized by Google

Epiſcopi expendentes pecunias Montis Pietatis prę-ter uſus deſtinatos, incurrunt ſuſpenſionem. *Bulla* 82. *Pauli V.*, quæ incipit: *Onerosa Paſtoralis*.

Epiſcopi Indulgentias publicantes, vel concedentes facultatem abſolvendi à reſervatis ob quęſtum, interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſuſpenduntur à perceptione fructuum. *Bulla* 99. *Pii V.*, quæ incipit: *Quam plenum*.

Epiſcopi non accedentes per ſe, vel per alios ad limina Apoſtolorum temporibus ſtatutis, interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſuſpenduntur ab ejus adminiſtratione, ac beneficiis. *Bulla* 15. *Sixti V.*, quæ incipit: *Romanus Pontifex* §. 8.

Epiſcopi ordinantes. Vide lict. O.

Epiſcopi non applicantes fructus Beneficiorum vacantium juxta Extravag. Joan. XXII., interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſuſpenduntur à Pontificalibus, donèc reſtituant. *Extravag. Suſcepti regiminis*.

Epiſcopi non publicantes Diœceſanis Acta Concilii Provincialis, ſuſpenduntur ab officio per duos menſes. *Can. decernimus diſt.* 18.

Epiſcopi non procedentes contra ſuſpectos de hęreſi, ſuſpenduntur ab officio per triennium. *Clement.* 1. §. *verum de hæretic.*

Epiſcopi non corrigentes Simoniacos in Sacramentis, ſuſpenduntur ab officio per duos menſes. *Can. quicquid* 19. 1.

Epiſcopi relaxantes Incendiariis pœnas, ſuſpenduntur ab officio per annum. *Can. peſſimum* 23. *q.* 8.

Excommunicationis ſententiam ferentes abſque prævia competente admonitione, interdicuntur per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſuſpenduntur à Divinis. *Cap. ſac. de ſent. excom.*

In-

I

INCENDIARIIS relaxantes pœnas Epiſcopi, ſuſpenduntur ab officio per annum. *Can. peſſimam* 23. *q*. 8.

Indulgentias, vel facultatem abſolvendi à reſervatis concedentes Epiſcopi ob quęſtum, interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſuſpenduntur à perceptione fructuum. *Bulla 99. Pii V.* quæ incipit *Quam plenum*.

Judices Eccleſiaſtici injuſte gravantes partem, ſuſpenduntur per annum ab executione Officii. *Cap. cum æterni de ſent.*, *& re judic. in 6.*

Juramentum non exigentes circa expenſas à promovendis ad Doctoratum, vel Magiſterium, ſuſpenduntur per ſex menſes à collatione Doctoratus, vel Magiſterii. *Clement. cum ſit de Magiſtris*.

M

MAGISTERIUM, vel Doctoratum conferentes, nec exigentes circà expenſas juramentum à promovendis, ſuſpenduntur per ſex menſes à collatione Magiſterii, vel Doctoratus. *Clement. cum ſit de Magiſtris*.

Matrimonium poſt contractum Ordinem ſacrum recipiens, eſt ſemper ab eo ſuſpenſus, niſi ingrediatur Religionem. *Extravag. Joan. XXII. Antiquæ de voto*.

Monachi incumbentes venationi clamoroſæ, ſi ſint Superiores, ſuſpenduntur per biennium à collatione beneficiorum, ſi ſubditi, ſuſpenduntur per biennium ab adminiſtratione, quam ſi non habent, tàm ad ipſam, quam ad beneficium Eccleſiaſticum,

per

per biennium redduntur inhabiles. *Clement.* 1. §. *ſi quis autem de ſtatu Monach.*

Monachi nigri non utentes veſtibus præſcriptis, ſi ſint Superiores, ſuſpenduntur per annum à beneficiorum collatione, ſi ſint ſubditi, ſuſpenduntur ab adminiſtratione, quam ſi non habent tam ad ipſam, quam ad beneficium Eccleſiaſticum redduntur inhabiles. *Clement.* 1. §. *ſiquis autèm de ſtatu Monach.*

Munera recipientes in viſitatione Eccleſiarum, ſi ſint Epiſcopi, interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ; ſi ſint inferiores, ſuſpenduntur ab Officio, & Beneficio, niſi infra menſem reſtituant duplum. *Cap. exigit de Cenſibus in 6.*

O

Oblationes ab Uſurario recipiens, ſuſpenditur ab executione Officii, donec ſatisfaciat ad arbitrium Epiſcopi. *Cap. quia in omnibus de Uſuris.*

Ordinans bigamum, aùt publicè pœnitentem, incurrit ſuſpenſionem per annum à celebratione Miſſæ. *Can. Nullus pœniten. diſt.* 55.

Ordinans cum pacto, ut ordinatus ab eo non petat alimenta in defectum beneficii, vel patrimonii, ſuſpenditur per triennium à collatione Ordinum. *Cap. ſi quis ordinaverit de Simonia.*

Ordinans exterum prætenſum ſibi ſubditum ex prætextu beneficii ſtatìm conferendi, vel ad titulum beneficii, quod non ſufficiat prò ſubſtentatione, ſuſpenditur per annum ab adminiſtratione Ordinum: *Bulla* 44. *Innocentii XII.*, qnæ incipit *Speculatores.*

Ordinans, ſeu conſecrans electum ad Epiſcopatum non

non præmiſſa inquiſitione de appellatione interpoſita ad Sedem Apoſtolicam, ſuſpenditur per annum à Conſecratione Epiſcoporum. *Cap. provida de elect. in 6.*

Ordinans ficto patrimonio etiam Religioſum non profeſſum, ſuſpenditur per annum à collatione Ordinum. *Bul.* 75. *Pii V.*, quę incipit *Romanus Pontifex.*

Ordinans infantem, vel illiteratum, vel conjugatum, vel non ſubditum, ſuſpenditur per annum à collatione Ordinum. *Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *de reform.*, etſi ipſi confert primam Tonſuram, ſuſpenditur per annum ab ejuſdem collatione. *Cap. nullus Epiſcopus de temp. Ordinat. in 6.*

Ordinans in aliena Diœceſi ſine licentia Ordinarii, ſuſpenditur per annum à Pontificalibus. *Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *Can.* 2. *de refor.*

Ordinans in propria Diœceſi ſibi ſubditum, qui alibi moratus eſt adultus ſine litteris teſtimonialibus Ordinarii loci, in quo moratus eſt, incurrit ſuſpenſionem per annum ab adminiſtratione Ordinum. *Bulla* 44. *Innocent. XII.*, quæ incipit: *Speculatores.*

Ordinans in Italia Ultramontanum cum literis dimiſſoriis ſui Ordinarii, ſed non approbatis à Nuncio Regionis, vel non recognitis in Urbe à Vicario Papæ, incurrit ſuſpenſionem per annum à Pontificalibus. *Bulla* 33. *Urbani VIII.*, quæ incipit: *Secretis.*

Ordinans invitum, incurrit ſuſpenſionem per annum à celebratione Miſſæ. *Can. Epiſcopus diſt.* 74.

Ordinans Religioſum non profeſſum ſolemniter (excepto Religioſo à Societate Jeſu) incurrit ſuſpenſionem per annum à collatione Ordinum, quos contulit. *Bulla* 75. *Pii V.*, quæ incipit *Romanus Pontifex.*

Or-

Ordinans ſimoniacè, etiamſi conferat ſolam primam Tonſuram, ſuſpenditur ab executione omnium Ordinum, Munerum Pontificalium, & ab ingreſſu Eccleſiæ, etſi ſe ingerat, vel non abſtineat, ſuſpenditur etiam ab adminiſtratione Eccleſiæ, & à perceptione omnium fructuum. *Bulla* 91. *Sixti V.*, quæ incipit: *Sanctum, ac ſalutare.*

Ordinans eodem die, vel duobus immediatis eundem in duobus Ordinibus Sacris, ſuſpenditur à collatione utriuſque Ordinis. *Cap. literas de temp. Ordinat.*

Ordinatus per ſaltum, ſi ſcientèr in Ordine ſic ſuſcepto miniſtravit, ſuſpenditur ab eo. *Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 14. *de refor. in fine.*

Ordinem furtivè ſuſcipiens (quando contra hoc facientes non erat lata excommunicatio, cum tunc incurratur excommunicatio Papæ reſervata) ſuſpenditur ab Ordine ſic ſuſcepto. *Cap.* 1. *veniens ad nos de eo, qui Ordin. furtivè ſuſcep.*

Ordinem Sacrum recipiens poſt Matrimonium contractum, ſuſpenditur ab eo, donec ingrediatur Religionem. *Extravag. Joan. XXII., antiquæ de voto.*

Ordinem recipiens in excommunicatione, ſuſpenditur ab ejus executione. *Cap. cum illorum de ſent. excom.*

Ordinem ſcienter recipiens ab excommunicato, ſuſpenſo, interdicto vitando, ſimoniaco, Hæretico, vel Schiſmatico, ſuſpenditur ab eo. *Cap.* 1., & 2. *de Schiſmat. Can.* 1., & *ſequentibus* 9. *qu.* 1.

Ordinem ſimoniacè recipiens, ſuſpenditur ab eo. *Extravag.* 1., & 2. *de Simonia.*

Ordines Sacros ſcienter recipiens ab Epiſcopo, qui Epiſcopali dignitate renunciavit, ſuſpenditur ab eo-

eorum executione. *Cap. requiſivit de ordinat. ab Epiſcop.*

Ordines Sacros plures eodem die, vel duobus immediatis recipiens ſuſpenditur ab eorum executione Conferens vero à collatione. *Cap. litteras, de temp. Ordin.*

Ordines recipiens ſede vacante per dimiſſorias infra annum acceptas à Vic. Capitolari, quando non arctatur occaſione beneficii recepti, vel recipiendi, ſi eſt in minoribus non gaudet privilegio Clericali, & ſi eſt in majoribus ſuſpenditur ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Prælati. *Conc. Trid. ſeſſ.* 3. *cap.* 10. *de refor.*

Ordines recipiens Romæ ſine licentia Vicarii, vel extra Romam etiam cum demiſſoriis ſui Ordinarii, ſi ratione originis, beneficii, aùt domicilii ad Urbem pertinet, vel eſt de ſex Epiſcopatibus propè Urbem, in quibus, non ſunt Suffraganei, ſuſpenditur ab executione Ordinum. Ubi verò ſunt Suffraganei, qui ordinatur in ſacris ſine literis teſtimonialibus Romæ habitis, ipſe ſuſpenditur ab executione Ordinum, & Suffraganeus ſuſpenditur per annum ab exercitio Pontificalium. *Bulla* 129. *Alexand. VII.*, quæ incipit *Apoſtolica ſollicitudo*.

P

PRÆLATI accedentes ad Eccleſiam, & ſuſcipientes adminiſtrationem ſine literis Apoſtolicis ſuſpenduntur à perceptione fructuum,& recipientes ſuſpenduntur à beneficiis. *Extravag. injunctæ de elect.*

Prælati non procedentes contra ſuſpectos, vel diffamatos de hæreſi, ſuſpenduntur per triennium

ab officiis. *Clemen.* 1. §. *Verum de hæretic.*

Prælati non ſervantes, beneficio vacante Conſtitutionem Joan. XXII. ſuſpenduntur à Pontificalibus, & ab ingreſſu Eccleſiæ, donèc reſtituant. *Extravag. ſuſcepti Regiminis.*

Prælati, eorumque Commiſſarii privantes beneficiis eos, qui pro ſuis negotiis commorantur in Romana Curia, ſuſpenduntur ab officio, & beneficio. *Extravag. Divina de privileg.*

Prælati procurantes capi Eccleſiaſticos, ut renuncient beneficiis, vel ut citati non accedant ad Curiam; vel ne ſtatuto tempore comparere valeant, ſuſpenduntur per triennium à beneficiis, inferiores verò, & qui ſe capi procurant, ſunt beneficiis privati: *Clement. multorum de pœnis.*

Prælati ſubjicientes laicis bona, ac Jura Eccleſiarum, ſuſpenduntur ab officio, & adminiſtratione. *Cap. hoc conſultiſſimo de rebus Eccleſ. non alienand. in 6.*

R

REGULARES Prælati aliquid recipientes ob exceſſus à ſuis Religioſis commiſſos, ſuſpenduntur ab officio, ac Beneficio, ſi infrà menſem non reſtituant, & remanent ſuſpenſi, donec ſatisfaciant. *Clement.* 1. §. *quibus de privileg.*

Religioſi admittentes ad profeſſionem Novitios, non completo probationis anno, ſuſpenduntur a receptione ad profeſſionem. *Cap. non ſolum, & cap. conſtitutionem de regularib. in 6.*

Religioſi Apoſtatæ ſuſcipientes Ordinem Sacrum in Apoſtaſia, ſuſpenduntur ab ejus executione. *Cap. conſultationi de Apoſtat.*

Religioſi concedentes ad longum tempus adminiſtra-

ſtrationem bonorum Monaſterii, ſuſpenduntur ab officio. *Clement.* 1. *de rebus Eccleſ. non alienand.*

Religioſi ejecti remanent ſuſpenſi ab exercitio Ordinum. *Decret. Cong. Card. relat. à Bonac. de cenſur. in part. diſp.* 3. *q.* 8. *punct.* 12. *n.* 1.

Religioſi ſuos pœnitentes non admonentes de onere ſolvendi Decimas, poſtquam de hac obligatione fuerunt moniti à rectoribus Eccleſiarum, ſuſpenduntur ab officio prædicandi, donec admoneant. *Clement. cupientes de pœnis.*

Religioſi uſurpantes Decimas, vel earum ſolutionem impedientes, ſuſpenduntur ab officiis, beneficiis, & adminiſtrationibus, quæ ſi non habent, incurrunt antequam ſatisfaciant excommunicationem Papæ reſervatam. *Clement.* 1. *de Decimis.*

Reſignationem Beneficiorum admittentes contra formam præſcriptam in Bulla Pii V., ſuſpenduntur à collatione, confirmatione, præſentatione, vel inſtitutione, quæ ipſis competit. *Bulla* 58. *Pii V.*, quæ incipit *Quanta Eccleſ.* §. 6.

S

SACERDOS celebrans, nec communicans, ſuſpenditur per annum à participatione corporis, & ſanguinis Domini. *Can. relatum de conſecr. diſtin.* 2.

Sede vacante bona Eccleſiæ Cathedralis occupantes, vel diſſipantes, ſuſpenduntur ab officiis, ac beneficiis, donec reſtituant. *Cap. quia ſæpe contingit de elect. in* 6.

Sepelientes Uſurarium publicum in loco Sacro, ſuſpenduntur ab officio, donec ſatisfaciant ad arbitrium Epiſcopi. *Cap. quia in omnibus de Uſuris.*

Simoniam committentes Conventus, & Capitula, ſuſpenduntur abſolutè. *Extravag.* 1. *de Simonia.*

Simoniaci ordinati, ſuſpenduntur ab Ordine. *Extravag.* 2. *de Simonia.*

V

VISITATORES inferiores Epiſcopis (cum hi incurrant interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ), ſuſpenduntur ab officio, ac beneficio, ſi occaſione viſitationis aliquid recipiant pratèr victualia, donec duplum reſtituant. *Cap. exigit de Cenſibus in 6.*

Ultramontanus recipiens in Italia Ordines ſine dimiſſoriis in forma debita, ſuſpenditur ab executione. *Cap.* 1. *ſæpè contingit de temp. Ordinat. in 6.*

Uſurarii oblationes recipiens, vel ejus corpus ſepeliens in loco Sacro, ſuſpenditur ab officio, donec ſatisfaciat ad arbitrium Epiſcopi. *Cap. quia in omnibus de Uſuris.*

Uſurpantes aliquid ex redditibus Eccleſiarum vacantium (niſi ſint Epiſcopi, cum hi ſubjiciuntur interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ) incurrunt ſuſpenſionem ab officio, ac beneficio, donec reſtituant. *Cap. præſenti de offic. Ordinar. in 6.*

SU-

SUSPENSIONES

Latæ Sententiæ non reſervatæ.

C

CLausuram Monialium Superiores ſine juſta cauſa intrantes pro ſecunda vice, ſuſpenduntur à Pontificalibus, cum pro prima incurrant interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & pro tertia excommunicationem. *Declaratio Bullæ* 28. *Greg. VIII.*, quæ incipit: *Dubiis* §. 2.

E

ECcleſiam ſibi commiſſam pro alienis debitis gravans, incurrit ſuſpenſionem abſolutè. *Cap. ſi quorumdam de ſolutionib.*

Epiſcopus exercens Pontificalia in aliena Diœceſi ſine licentia Ordinarii, ſuſpenditur ab executione Pontificalium, & Ordinati ſuſpenduntur ab executione Ordinum. *Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. de refor.*

Epiſcopus ordinans Religioſum ſine licentia ſui Superioris, ſuſpenditur à communione aliorum Epiſcoporum. *Can. ſi quis de alterius diſt.* 58.

Epiſcopi alieni Ordinationem recipiens ſine licentia proprii, ſuſpenditur ab executione Ordinis ſuſcepti. *Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 8. *de refor.*

Epiſcopi locantes domos, aut commoditatem præſtantes Uſurariis alienigenis, vel eos non ejicientes infra tres menſes, ſuſpenduntur abſolutè. *Cap. Uſurar. de Uſuris in* 6.

Æta-

Ætatem ante legitimam, vel extra tempora Ordinati, ſuſpenduntur ab executione Ordinis ſic ſuſcepti. *Bulla 7. Pii II.*, quæ incipit: *Cum ex Sacrorum*.

G

GRæcus ſubjectus Epiſcopo latino, qui ſine ejus licentia ordinatur ab Epiſcopo Gręco, incurrit ſuſpenſionem ab exercitio Ordinis recepti. *Cap. quod tranſlationem de tempor. Ordinat.*

I

INterstitiis non ſervatis Ordinem furtivè recipiens (quando contra hoc facientes lata non erat excommunicatio) ſuſpenditur ab Ordine ſic recepto. *Cap. 1. veniens ad nos de eo, qui ordin. furtive ſuſcep.*

Juramentum emittentes de retinendo Schiſmate, ſuſpenduntur ab Ordinibus, & dignitatibus. *Cap. 1. de Schiſmat.*

M

MAtrimonio jungens, vel benedicens Sponſos alterius Parochiæ ſine licentia proprii Parochi, ſuſpenditur abſolutè. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de refor. Matrim.*

Miſſæ celebrationem inchoatam omittens ſine cauſa gravi, ſuſpenditur à receptione Corporis, & Sanguinis Domini. *Can. nullus Epiſcopus de Conſecrat. diſtin. 1.*

Monialium clauſuram Epiſcopi intrantes ſine cauſa juſta pro ſecunda vice, ſuſpenduntur à Pontifica-

libus

libus, cum pro prima incurrant interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & pro tertia excommunicationem. *Declaratio Bullæ Greg. XIII.*, quæ incipit: *Dubiis* §. 2.

Monialium Præfecta non admonens Epiſcopum de inſtante profeſſione Novitiarum, incurrit ſuſpenſionem ab officio. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 17. de Regularib.*

O

OBLATIONES recipiens ab Uſurario, quando ſatisfacit ad arbitrium Epiſcopi, poteſt ab ipſo abſolvi à ſuſpenſione officii. *Cap. quia in omnibus de Uſur.*

Ordinem furtivè recipiens (quando contra hoc facientes non erat lata excommunicatio) incurrit ſuſpenſionem ab Ordine ſic ſuſcepto. *Cap. 1. veniens ad nos de eo, qui Ordin. furtivè ſuſcep.*

Ordinem recipiens ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel ſine dimiſſoriis, ſuſpenduntur ab ejus executione. *Bulla 7. Pii II.*, quæ incipit: *Cum ex Sacrorum.*

Ordinem recipiens ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprii Ordinarii, ſuſpenditur ab executione Ordinis ſuſcepti. *Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 8. de reform.*

Ordinem recipiens à proprio Epiſcopo extra Diœceſim ſine licentia Ordinarii, ſuſpenditur ab ejus executione. *Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. de refor.*

Ordines minores, vel etiam Sacros, ſed ignoranter recipiens ab eo, qui Epiſcopali dignitati renunciavit, ſuſpenditur ab eorum executione. *Cap. 1. requiſivit de Ordinat. ab Epiſcopo, qui &c.*

Ordinatus ſine ullo titulo, dummodò pactum non fe-

Digitized by Google

fecerit cum ordinante, vel præſentante non petendi aliquid pro ſubſtentatione in defectum beneficii, vel Patrimonii (cum tunc ſuſpenſio ſit Papæ reſervata ex cap. Si quis ordinaverit de Simon.) incurrit ſuſpenſionem ab exercitio Ordinis. *Can. Neminem diſt.* 70. *Conc. Trid. ſeſſ.* 21. *Can.* 2. *de reſor.*

Ordinatus per ſaltum, dummodo in Ordine ſic ſuſcepto non miniſtraverit (cum tunc ſuſpenſio ſit Papæ reſervata) incurrit ſuſpenſionem ab Ordine ſic ſuſcepto. *Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 24. *de reform.*

